

Londini die XV. Mart. 1759
Christ. Hinr. Braae

795

Ex Libris



Þorsteinn Jósepsson

Linguarum Vett.
SEPTENTRIONALIUM
THESAURI
GRAMMATICO-CRITICI
ET
ARCHÆOLOGICI
PARS TERTIA:

SEU

Grammaticæ *Iſlandicæ* Rudimenta


PER

RUNOLPHUM JONAM Iſlandum,

CUM

GEORGII HICKESII

ADDITAMENTIS AUCTA ET ILLUSTRATA.



OXONIÆ,
E THEATRO SHELDONIANO, *An. Dom.* MDCCIII.

A D

Ornatissimum Virum

ROGERUM SHELDON

Armigerum,

GEORGII HICKESII

De hac Secunda Sua Grammaticæ *Islandicæ* Editione

PRÆFATIO.



UM sæpe multa jucundè & scienter mecum disputares, *Colendissime Sheldone*, de Linguis Vetustis Septentrionis, non tantum egregie commodeque dicere solebas, quibus me in edendis his libris, qui illarum vim totam & præstantiam exponunt, confirmasti; sed ea etiam sciscitari, quibus ipse Tibi singularum ingenia optume possem respondens explicare. Maximè autem memini, cum unà domi Tuæ essemus, multa de Linguâ dicta RUNICA Te à me diligenter quæsivisse. Cui reddens dixi linguam veterem, quam alii *Danicam*, alii *Cimbricam*, alii vero *Scandicam* nuncupant, *Runicæ* tandem nomen esse sortitam à RUNIS, hoc est, ab antiquissimis *literis*, quas Saxeis suis monumentis incidere, & quibuscum Codices suos veteres Scandiæ populi, & ab iis oriundæ gentes, potissimum *Islandi*, scribere solebant. Dixi etiam continuo spiritu me propterea *Runolphi Jonæ* Grammaticam *Islandicam* cum meis excudisse, quod *Islandi*, ad quos raro Mercatores commeant, eodem fere vetere & genuino sermone jamdudum utuntur, quo ante annos fere octingentos locuti sunt, * cum, patria sua *Norvegia* ob *Haraldi Pulchricomi* tyrannidem relicta, sibi suisque consulentes in *Islandiam*, montibus, nivibus & sylvis conspicuam, navigare cœperint. Longum esset omnia referre quæ in sermone isto, quem de hac lingua habuimus, tum dicta sunt. Tibi vero fuisse jucunda, quæ dicebam; atque *Runolphi* Grammaticam ita à me in hac altera nostra editione comparatam esse, ut *Runæ*, quæ à recepta fide *Christiana* exolescere cœperant, facile discerentur, Te gaudere, & verbis & vultu commonstrabas. En igitur, *doctissime vir*, quæ omnibus Tuis de Sermone *Runico* tunc interrogatis plenissimè respondebit, Grammaticam *Islando-Scandicam* multis tabellis *Runicis* & observationibus nostris auctam & illustratam. In quâ, ne quod nostrum est *Runolpho* attribuere velle, aut quod *Runolphi* est nobis arrogare videar, scire Te velim maximam nostrorum partem me in margine ponendam curasse. Quæ vero in textu addere oportebat, ea cum *lunulis notata*, discriminis causa, fecimus excudi. Cætera *Runolphi Jonæ* post *Arngrimum* Arctoï orbis fulgentissimi syderis universa sunt. Cujus venerandis manibus ne injurius forem confundendo quæ ille tradidit, cum iis quæ adjecimus, hoc ut nosceres, imprimis faciendum mihi putavi.

Hæc apud Te Lectoris vices obeuntem præfari visum est, qui forsan senex disces *Runicas literas*; quemadmodum superior ille *Cato*, cum Te ætate multo grandior esset, *Græcas* avidè didicisse fertur, doctrinæ juvenili cupiditate flagrans. Quidni igitur Tu, *Catonis* exemplum secutus, ad delectationem Tuam idem faceres, cum *Græcis* & *Latinis*, quorum scientiâ excellis, Runica conjungendo, ut humaniorum & barbararum quas durius vocant, literarum doctrinâ par esse possis? Senem quidem anni & imbecillum corpus Te fecerunt: sed Juvenili robustoque animo frueris, quem in iis lectitandis, quæ Tibi placeant, facile possis exercere.

Verum Tuo etiam colendissimo mihi Nomine præfationem esse inscriptam volui, ut in nullo non loco, ad quem pervenerint hi libri, amicitiam nostram, Tuorumque erga me meritorum magnitudinem notam posteritati facerem. Etiam crede mihi, *Sheldone*, Te habere amicum, virum


* Crymogææ *Arngrimi Jonæ* lib. I. cap. II.

 studio,

ſtudio, doctrinâ, moribuſque ſapientem, qui id ſolum, quod honeſtum, bonum judicas, gloriæ mihi duco. Te, inquam, habere amicum non poſſum non gloriari; quem aſſecutum eſſe, quantum homo poteſt, naturam optimam rectè vivendi ducem, quibuſcum in florentiſſimo illo Collegio per quadraginta annos conjunctior vixiſti, ad unum omnes fatentur. Te laudant, quoties de Te loquuntur, ut tranquille, purè, & honeſtè actæ vitæ perfectum exemplum. Te, qui veritatis, & juſtitiæ cultor es; qui non Tibi, ſed aliis vivis; qui ad gravitatem humanitatem, ad morum ſanctitatem comitatem & facilitatem ita adjunxiſti, ut omnibus percharus ſis; qui denique animo magno res humanas deſpiciens omnia Tua in Te poſita eſſe ducis, humanoſque caſus virtute inferiores putas; meliorem prudentioremve virum aut fuiſſe quenquam, aut eſſe, aut fore negant. Ego qui multorum annorum conſuetudine & familiaritate præclara hæc in Te eſſe cognovi, nequeo mihi temperare, quin ea quaſi pleniore ore jam de Te prædicem: etſi ea dicta eſſe, multoque magis in publicum ſcripta prodire, pro verecundiâ Tuâ Te gravius ferre & laturum eſſe certo ſcio. Sed ignoſcas, quæſo, quod hoc mihi aſſumpſerim, ut clam Te hæc ſcriberem, atque cum maximo Tuo rubore etiam publicarem. Condona mihi hanc unam injuriam, quæ quidem amoris, ſtudii, & benevolentiæ injuria eſt: imo cujus mihi auctrix eſt juſtitia ipſa, quæ jubet, ut ſuum cuique tribuatur. Unam hanc noxam igitur mihi virtutibus Tuis provocato remitte, & ſi aliam unquam ullam admiſero, occidito, hoc eſt, mihi adimito omnem amorem Tuum, ſine quo vita mihi nequit eſſe dulcis. Reſtat porro, ut D. O. M. ſuppliciter rogem, ut Tibi det in leni, placidâ, & longæva ſenectute, bene, beateque vivere; & cum tandem excellens & humana contemnens animus Tuus è corpore exceſſerit, ut facilis illi pateat ad Cœlum aſcenſus. Sic pro Te quotidie precatur

Londini VIII Calend. Maias.
A. D. MDCC.iii.

Tuus *GEORGIUS HICKESIUS.*



Index *Capp.* Grammaticæ *Iſlandicæ.*

CAPUT



GRAMMATICÆ ISLANDICÆ RUDIMENTA.

Benigno Lectori Salutem.



UM ante biennium in ludo literario patriæ Borealis Linguarum Latinæ & Græcæ initiis, quæ Grammaticalia in Scholis dicuntur, juventutem patriam imbuerem, ibidemque pro juniorum captu, Scriptores Romanos, *Ciceronem*, *Terent. Virg. Horat.* alioſque vernacula lingua exponerem, verum eſſe deprehendi quod vulgò dici ſolet; *Nos docendo diſcere.* Etenim cum crebrò dictio Romana in noſtram, noſtraque viciſſim in Romanam vertenda eſſet, mox mira quædam linguæ maternæ ubertas & elegantia, antè mihi non obſervata, eluxit. Sumus enim plerunque eorum, quæ à natura ipsâ hauſimus, incurioſiores: nec cauſas rerum rationeſve ſcitamur, quæ ab ineunte ætate, unâ cum lacte materno nobiſcum quaſi coaluere. Habet enim maximæ evidentiæ inſtar inſitum naturæ dictamen. Hac verò occaſione cum tàm accuratas concinnaſque vocum inflexiones, tam elegantes conſtructionum modos, tam exquiſitos verborum delectus, tam miram ſententiarum varietatem, tam denique inſignem figurarum vim ac ſplendorem in lingua patria animadverterem, ut neutri illarum gravitate, neutri venuſtate cedere videretur; cœpi vehementiùs mirari, quî factum ſit, quod è tot præſtantibus ingenio & eruditione viris in hac lingua & natis & egregiè verſatis, nemo de eâ quicquam inſigne literis prodidiſſet: cum & vaſtiſſimum hujus materiæ copia ſufficiat oceanum, per quem judicii pariter ingeniique velis latiſſimè vehi potuiſſent, & nihil commendatius habere debuiſſent, quàm ut linguam patriam illuſtrandam ſuſciperent. At verò videre mihi videor tantis viris ab ingenio & arte paratis quid obſtiterit, quo minus & commodo patriæ hac in parte deſervierint & gloriæ. Nimirum prævidiſſe credo oleum operamque perditum iri. Paucos enim præſertim inter exteros fore, qui ejuſmodi lucubrationibus delectarentur; ac proinde famæ ſuæ nominiſque celebritati haud parum derogaturam Lectorum paucitatem. Mihi verò diligentiùs rem penſitanti, iſta excuſatio ad negandum

gandum ornandæ patriæ officium haudquaquam sufficere videtur. Quanquam enim maximum fructum laborumque velut solatium ex eo capiant eruditi, quod sua scripta à multis & legi & probari intelligant, pœniteatque industriæ, quoties diversum evenerit; nihil tamen peræquè curandum existimavi, ac ne nostra culpa occidant, quibus æternitas debetur. Si qua alia, certè hæc nostra lingua talis est, quæ sua majestate meruit ab interitu vindicari. Nihil enim copiosius, nihil elegantius, nihil accuratius vidi. Quibus ego motus quod non solum in Hebræa, Græca, Latina dudum viri docti; sed recens etiam in Germanica, Italica, Gallica, Anglica, &c. præstiterunt, id in vernaculâ, licet impari successu, tentavi. Voces magno & indigesto numero in unum collectas sigillatim examinavi. Quæ similis erant inflexionis, ad unam declinationem retuli, anomalias exceptionibus reservavi. Et quia quadruplicem inflexionum differentiam esse deprehendi, quatuor mihi natæ sunt nominum declinationes. Erant tamen hæc adhuc omnia valdè imperfecta, rudia, inconcinna, ut solent præformari pictorum prima lineamenta. Verùm hoc inceptum variæ occupationes interruperunt, & in primis necessitas quædam mihi tum fortè injungebatur Academiam hanc regiam Hafniensem, Athenas illas Danorum, revisendi. Quæ res meum institutum adeo perturbavit, ut omnes de eo cogitationes antè susceptas animo abjicerem. Intereà loci non defuerunt magni nominis & auctoritatis viri, inter quos, quod honor & mirita eorum postulant, primo loco mihi nominandi sunt Viri admodum reverendi, clarissimi & excellentissimi, DN. D. *Olaus Wormius*, Facultatis Medicæ in alma Hafniensium academia P. P. & DN. M. *Thomas Bangius* Sanctæ linguæ ibidem P. P. Viri in omni antiquitate versatissimi, qui huic meo conatui album adjicebant calculum, monebantque ut in proposito strenuè progrederer, quodque studioso animo inchoavissem, constanti & magno absolverem. Quid facerem? Avolarant priores conceptus, eoque minus sui reliquerant, quo minores egerant in mente radices. Novum igitur & anteà non tentatum aggressurus videbar. Sed quia tantis viris tam honesta jubentibus non parere summæ inhumanitatis & inertiæ videri poterat, suscepi tandem hanc provinciam, & ad recolligenda, quæ antè in chartas dissolutas sparsim conjeceram, me applicui, adjectivorum motionibus, verborum conjugationibus auxi, reliquas etiam orationis partes strictim persecutus, ne quid etymologiæ ad sui integritatem deesset. Quæ nunc omnia Tibi, lector candide, his pagellis exhibemus, illaborata quidem & impolita, utpote quibus ultimam limam adhibere festinatio non est passa; sed (ut spero) talia, quæ alios longo hactenus otio indormientes excitare poterunt. Nec mihi metus est ne paucos aut fortè nullos habiturus sim lectores. Nam hos forsitan aliquos, quanquam non materiæ, tamen novitatis gratia dabit. Nunc quid in hac editione observari à Te velim, lector humanissime, paucis accipe. Ac in primis quidem humanitatem tuam latere non debet, quod litera Alphabeti nostri ultima, olim *thuss* hodiè *thorn* appellata, in Typographia, qua in hoc opusculo excudenda usi sumus, non extiterit, ideoque loco ejus *th* Danicum vel Germanicum usurpare necesse habuerimus.

Deindè cave heîc expectes accuratam vocum Islandicarum interpretationem, quarum non exiguum numerum ideò passim inseruimus, ut in promptu essent exempla, in quibus inflectendis & ad regulas applicandis linguæ nostræ studiosus se exerceret. Reperiuntur enim inter eas permultæ, quæ plurimas admittunt significationes. Quarum unam aliquam, plerumque tamen propriam & primariam adduxisse satis putavi. Neque enim dectionarium scribere animus erat.

Ad extremum per candorem Tuum, mi lector, perque Christianam, quam Tibi cordi esse nullus dubito, charitatem Te rogo, sicubi in hoc proclasmate à me peccatum esse deprehenderis, velis hoc non tàm incuriæ meæ quam imbecillitati humanæ imputare. Neque enim omnia ad hanc vel illam regulam spectantia primo intuitu circumspicere potui, utpote nullis præviis vestigiis adjutus, quorum ductu hæc avia & deserta confragosa eluctarer. Quô factum, ut δευτέραι φροντίδες sæpè ea suggererent, quæ priori loco fuissent ponenda. Quod si quis se hisce vilibus & imperfectis multo elaboratiora præstare posse aut potuisse contenderit, ei non multùm refragabor, contentus, si his columbulis nostris inter aquilas suas concesserit pennas. Bene vale, lector candide, & mihi in spem gratiæ Tuæ omnia honesta aggredi parato, favere perge. *Hafniæ*, pridiè nonas decemb. An. 1651.

RUNOLPHUS JONAS *Islandus*.

CAPUT PRIMUM.

De Literis.


LITERAS lingua *Islandica* duplices habet: Veteres & Novas. Veteres *Runer* dictas fælici successu ac immortali cum nominis sui gloria ab interitu & oblivione jamdudum vindicavit Celeberrimus *Wormius*, opere, cui titulum fecit, LITERATURA RUNICA; "Quarum communiores, maximeque receptas figuras, *Latino* ordine dispositas hic, lector, tibi exhibeo.

"Aar.	ᛅ.	A.	"Jis.	ᛁ.	I.	"Ridhr.	ᚱ vel ᛦ.	R.
"Biarkan.	ᛒ.	B.	"Kaun.	ᚴ.	K.	"Sol.	ᛋ.	S.
"Knesol.	ᛍ.	C.	"Lagur.	ᛚ.	L.	"Tyr.	ᛏ vel ᛐ.	T.
"Dufs.	ᚦ vel ᛑ.	D.	"Madur.	ᛘ.	M.	"Ur.	ᚢ.	U.
"Stungen jis.	ᛂ.	E.	"Naud.	ᚾ.	N.	"Stungen fie.	ᚡ.	V & W.
"Fie.	ᚠ.	F.	"Oys.	ᚬ.	O.	"	ᚼᛋ	X.
"Stungen kaun.	ᚵ.	G.	"Stungen Birk.	ᛔ.	P.	"Stungen ur.	ᚤ.	Y.
"Hagl.	ᚼ.	H.	"ᚴ. & ᚴᚢ.		Q.	"Stungen dufs.	ᚧ.	TH.

"Genuina tamen series *Runarum* apud veteres *Septentrionales* hæc fuit.

"ᚠ. ᚢ. ᚦ. ᚬ. ᚱ. ᚴ. ᚼ. ᚾ. ᛁ. ᛅ. ᛋ. ᛏ. ᛒ. ᛚ. ᛘ. ᛦ.

"In hoc Alphabeto, elementum v, vii, xv, xxi, xxii, xxiii. Stungen, i. e. *punctata* vocantur, "quod punctis ab aliis ejudem formæ & ductûs distinguuntur. Et inter alia monumenta *Runica*, "quæ in communibus ejus *runis* exarata sunt, haud multis postponendum est Saxum istud, quod "cum altero, temporis dentibus exeso, stans speciosum in Atrio *Musæi Oxoniensis*, ut in libro "nostro locum haberet, me fixis oculis perlustrantem, per venerabilem suam antiquitatem, & "pro mea in almam matrem Academiam pietate, quasi oravit, & obtestatum est.



"Fig. I.

"ᛚᛁᚦᛋᛘᚬᚦᚱ· ᛚᛁᛏ· ᛅᚴᚢᛅ· ᛋᛏᛁᚾ· ᛅᚠᛏᛁ· ᛁᚢᛚᛒᛁᚱᚾ· ᚠᛅᚦ·

"Lithsmother lit akua stin aufti Julibirn Fath.

"*Lithsmotherus incidi fecit saxum in memoriam Julibirni Patris.*

"Fig. II.

"ᚦᚬᚱᛋᛏᛁᚾ· ᛚᛁᛏ· ᚴᛁᚱᛅ· ᛘᛁᚱᚴᛁ· ᚠᛏᛁᛘ· ᛋᚢᛁᚾ· ᚠᛅᚦᚢᚱ· ᛋᛁᚾ· ᚢᚴ· ᚠᛏᛁᚱ· ᚦᚬᚱᛁ· ᛒᚱᚬᚦᚢᚱ· ᛋᛁᚾ·
"ᚦᛁᚱ· ᚼᚢᛅᚱᚢ· ᚼᚢᛏ· ᛏᛁᛚ· ᚴᚱ :: ᛁᚴᛅ· ᚢᚴ· ᛁᚠᛏᛁᚱ· ᛁᚾᚴᛁᚦᚢᚱᚢ· ᛘᚬᚦᚢᚱ· ᛋᛁᚾ· ᚢᛒᛁᚱ· ᚱᛁᛋᛏᛁ·

"Thorstin lit gera merki ftir Suin fathur sin. uk ftir Thori brothur sin.
"Thir huaru hut til Gr::ika. ug iftir Ingithuru mothur sin. Ubir risti.

"*Thorstinus notas fieri fecit in memoriam Suini patris sui. & in memoriam Thori fratris sui.*
"*Isti profecti sunt in Græciam. & in memoriam Ingithuru matris suæ. Ubir incîdit.*

"In his autem monumentis, ut & in id genus fere omnibus, inſcriptionum *runæ* in *nodis*, ſive "*gyris nodorum* inſculptæ leguntur, propterea quod apud veteres Septentrionales gentes *nodus* "amoris, fidei, amicitiæ ſymbolum fuiſſe videtur, ut quod inſolubilem pietatis & affectus nexum "ſignificavit. Hinc apud Boreales *Anglos*, *Scotos*que, qui *Danorum* veterum tum ſermonem, "tum mores magna ex parte adhuc retinent, *nodus* in gyros curioſe ductus, fidei & promiſſio- "nis, quam *Amaſius* & *Amaſia* dare ſolent invicem, ſymbolum ſervatur, quodque ideo vocant "**a truloveknot**, à veteri *Danico* tru, *fides*, & at loſa, *promittere*, unde compoſitum at tru "loſa, *fidem dare*, truloſa, *fidem do*; ut in evang. *Iſland.* til einrar meyar er truloſad var einum "manne, *ad virginem*, *cujus fides data erat*, vel *deſponſata erat viro*. Hinc etiam apud *Anglos* "*Scotos*que conſuetudo reportandi capitalia donata curioſe in gyros nodoſque torta à ſolennibus "nuptiis plane quaſi ſymbola inſolubilis fidei, & affectus, quæ ſponſum inter & ſponſam eſſe "debent. Quinimo ſodalitia hominum, qui mutua fide arctè vinciuntur, ſive probi ii, ſive "ſceleſti ſint, apud nos vocantur **knots**: ut, **a knot of fellows**, **a knot of thieves**, &c. "Et ita ſociati, & fide vincti dicuntur *Anglice* **to be in a knot.** Notandum quoque eſt *no-* "*dos*, qui ad denotandum inſolubile fidei & affectus vinculum, in monumentis *runicis* incidi ſo- "lent, ſæpiſſime *anguiformes* eſſe, quod ex omnibus ſerpentum duntaxat genus in *nodos*, & gy- "ros ſe torquere ſolet; & quum *nodus* anguiformis cernitur, tum caput lecturo primum inter "gyros exquirendum, utpote à quo *runarum* deſcriptio inchoanda eſt. Quum igitur apud ve- "teres *Danos* & *Norvegos*, *nodus*, aut in *nodum* gyratus anguis inſolubilis fidei & amoris ſymbo- "lum eſſet, non mirandum eſt regum ſui temporis maximum, qui *Angliam*, *Daniam*, & *Nor-* "*vegiam* in ſua poteſtate tenuit, ſe NODUM vocaſſe; id enim CNUTUS, *Danice* knutur, ſi- "gnificat. Ob eandem forſan rationem, apud iſtas gentes olim tot ſibi Ormi, vel Orms, in nom. "ormur, quod *ſerpentem* denotat, nomen ſibi aſcivere, quod in cognomen celeberrimæ apud "*Danos Wormiorum* gentis jamdudum tranſiit.

"Quum vero Alphabeta alia haud in exiguo numero extent, quorum *runæ*, cum ſuperioris "Alphabeti elementis ejuſdem nominis & valoris, aut fere univerſæ, aut earum magna pars, "aut ſaltem nonnullæ ſecus ductæ formatæque ſunt, ea quoque in trinam claſſem diſtributa hic "quoque exhibenda tui gratia, lector, cenſemus.

"Prima claſſis eorum eſt, quæ *runas* habent è vetuſtis monumentis Saxeis & membranis de- "ſcriptas, quorum illa tabellis XVI inſculpta hic ſe oſtentant in Fig. I. II. III. IV. V. VI. VII. "VIII. IX. X XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI.

"Secunda claſſis eſt eorum, quæ numero novem, auctoribus privatis quibuſdam doctiſſimis "viris, in publicum prodiere, & hæc totidem tabellis exhibentur. α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι.

"Tertia claſſis eorum eſt, quæ *Nuda Alphabeta* voco, ut quæ in MSS, maxime in *Saxonicis* "noſtris ſolitaria abſque omni ſcriptura reperiuntur. Horum autem duodecim tabellæ ſunt, "nempe 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Tabella (5) tria continet, quæ extant ad calcem "codicis MS. *Hrabani Mauri*, de computo ad dilectum fratrem *Macharium*, qui in manu Saxo- "nica exaratur. Hujus codicis uſum acceptum gratus refero reverendo doctiſſimoque viro na- "talibus, ingenio, & humanitate præclaro, *Ricardo Anneſly* digniſſimo Decano, & reverendis "fratribus Canonicis *Eccleſiæ Cathedr. Exonienſis*, & *Leofrici* fundatoris maximis ornamentis, "qui pro ſuo in antiquas literas amore, ex archivis eccleſiæ veterum membranorum quicquid "ibi *Saxonice* ſcriptum eſſet, in uſum noſtrum, rogati faciles miſerunt.

"Præterea cùm *runarum*, quæ in hâc triplici Alphabetorum claſſe ordinantur, magno in nu- "mero, magnaque etiam in diverſitate habeantur, Tabulam MM. adjiciendam duxi, in quâ "univerſa earum varietas collecta, *runarum* ſtudioſis ob oculos ponitur.

"Adhæc, cùm ex ſimplicibus *runis* compoſitæ ortæ ſint, quas, quia ex ſimplicibus contexun- "tur veſtur vocant, à verbo veff, *texo*; ideo præcipuos diverſas *runas* componendi modos, qui- "bus vel vocalis vocali, vel conſonans vocali, vel conſonans conſonanti jugari ſolet, in tab. NN. "exhibendos curavimus, cui etiam inſcriptionem Runicam baptiſterii *Bridekirkenſis*, in com. "*Cumb.* à Cl. *Nicolſono* emendatam ſubjunxi, propter jugationes *runarum*, quæ in ea cernuntur.

"Quinimo cum ejuſdem *runæ* diverſus adeo nonnunquam valor ſit, ut literarum plurium *La-* "*tinarum* poteſtates obtineat, mei quoque exhibere duxi famoſiores *runas* πολυσήμυς, quas habes "in tabella PP.

"Porro ne quid ad inſtituendum tyronem *runarum* ſtudioſum, *Runolphi* noſtri Grammaticæ "deeſſet, in Tab. T. diphthongos, duplices, & ſyllabarum ac vocum quarundam notas plane "ut neceſſarias Alphabetorum appendiculas adjungere viſum eſt.

"Aliquid etiam ad origines *Runarum* dilucidandas ut adderem, ſi non tua expectatio, lector, "certe inſtituti noſtri ratio flagitare videtur. Quapropter *runicorum* ſtemmatum tabulam (Z) "delineatam volui, in qua ſingulas *Runarum* tribus claſſeſve, ſub *Latinis Græcis*que literis, tan- "quam ſub ſuis quaſque principibus, in ordinem redactas te cernere forſan delectabit. In qui- "bus quidem claſſibus, *Runæ*, quæ primum vel ſummum locum habent, à literis *Latinis Græ-* "*cis*ve, ductus & lineaturas mutando, ſcilicet rectos in obliquos, circulos in angulos vertendo, "ut & lineolas demendo, addendove, aliquando etiam diſtorquendo & invertendo, ortum pro- "ximè ducunt. Quæ in ſecundo loco, vel ordine ponuntur, ab iis, quæ in primo ſtant, iiſdem "modis, præſertim mutando ſitus literarum, earumque facies, quæ dextram ſpectant vertendo

"in

TABELLA. I.

Alphabetum Runicum, ex muro Viburgico. I.

A. B. C. D. E. F. G. I. K. L. M. N. O. R. S. T.

Alphabetum Runicum, ex monumentis Scanicis. II.

A. B. D. E. F. G. H. I. L. M. N. O. P. R. S. T. V.

Alphabetum Runicum, ex inscriptionibus Bergens. III.

A. B. D. E. F. G. H. I. L. M. N. O. R. S. T. V.

Alphabetum Runicum, ex monumento Ripensi. IV.

A. B. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. R. S. T. V.

Alphabetum Runicum, ex inscriptionibus Asloensib. V.

A. B. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. V. Y.

Alphabetum Runicum, ex inscriptione Sicelandica. VI.

A. B. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. R. S. T. V.

Alphabetum Runicum, ex lapide Fionico. VII.

A. B. D. E. F. H. I. K. L. O. R. T. V.

Alphabetum Runicum è Saxis Alburgensibus. VIII.

A. E. F. G. I. K. M. N. O. R. S. T. Y.

Alphabetum Runicum, ex inscriptionibus Arhusiensib. IX.

A. B. D. E. F. G. H. I. K. O. R. S. T. V. Y.

Alphabetum Runicum, ex inscriptionibus Nidrosiens. X.

A. B. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. R. S. T. V. Y.

Litteræ quædam Runicæ, ex inscription. Stavangriensib. XI.

A. D. E. F. G. I. L. N. O. R. S. T. V.

Alphabetum Runicum, ex incriptionibus Gothlandic. XII.

A. B. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. V. Y.

Alphabetum Runicum, ex Norvegia. XIII.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.

Alphabetum Runicum ex antiquis monum. Island. XIV.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.

A. *Alphabetum ex ms. Calendario Runico desumptum.* v. Worm. de Lit. Run. p. 53.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X.

B. *Alphabetum Runicum, ex Legibus Scaniæ MS.*

A. B. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. V. Y. Z.

α. *Alphabetum Runicum Angrimi Ionæ.*

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. V. Y. Z. *oi.*

β. *Alphabeta bina, per Bonaventuram Vulcanium edita.*

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. &c.

eu.

γ. *Alphabeta bina, per Christianum Iohannis, Wormio transmissa.*

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.

δ. *Alphabetum Runicum Haraldi Huitfeldij.* Worm. Lit. Run. p. 49.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. &.

ε. *Alphabeti Runici pars, ex Wulfgango Lazio.*

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. æ.

ζ. *Alphabetum Runicum Petri Lindebergij.*

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. *ei.*

η. *Alphabetum Runicum, quo utebatur Nicolaus Petri.*

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.

θ. *Alphabetum Ulfilæ secundùm Theodorum de Bry.*

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. *oe a.*

1. *Alphabeta 4. ex Iohanne Hepburno, scil.* 1. *Gothicum.* 2. *Geticum.* 3. *Scythicum.* 4. *Massageticum.*

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.

2. Λ. B. Γ. Ъ. Ɛ. F. G. H. YI. K. Λ. M. N. Q. Π. O. K. S. T. Un. X. Y. Z.

M Burg. sculpt. Uni. Ox.

1. Alphabetum Anglicum, è Cod. MS. (Bibl. Bodleianæ) qui nuncupatur Ormulum, Jun. 1.

A.B.C.D.E.F. G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.V.X.

henc. he. ho. hethe. has. be. che. and.

2. Alphabetum Runicum, è Cod. MS. Bibliothecæ Cottonianæ, Otho. B. 10.

A.B.C.D.E.F.G. H. I.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.Ð.V.W.Y.Z.

eo. oe. ae. io gæ. ing. ear. z.

3. Alphabetum Runicum, è Cod. MS. Cottoniano Domitian. A. 9.

A.B.C.D.E.F.G. H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R.T.Ð.V.W.X.Y.Z.

eo. oe. æ. io. gæ. ing. ear. z. sest. et. g. cald.

4. Alphabeta Runica duo, è Bibliotheca Gottorpiensi.

A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.V.X.Y.Z.

5. Alphabeta 3. quæ habentur ad calcem libri Hrabani Mauri de Computo, in antiquo Cod. MS. Exoniensis Ecclesiæ.

A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.V.X.Y.Z.

PAX VOBISCUM ET SALUS PAX.

supersunt istæ.

6. Alphabetum Runicum è, Cod. MS. Coll. D. J. B. Oxon. C. 27.

A.B.C.E.F.H.I.L.M.N.R. S.T.Ð.V.

7. Alphabetum Runicum è Cod. MS. Coll. D. J. B. apud Oxon. C. 27.

A.B.C.D.E.F.G.H.I.L.M.N.O.P.R. S.T.Ð.V.W.Y. &.

8. Alphabetum Runicum, è Cod. MS. Coll. D. J. Bapt. Oxon. N.° 27.
NB. in Cod. litterarum potestates desiderantur.

A. B.C.D.E.F.G. H. K.L.M.N.O.Q.R. S. T.V.X.

Y. Z. æ. oe. th. w. ing. (et.) (et.)

9. Alphabetum Runicum, è Cod MS. Coll. D. J. Baptistæ. Oxon. C. 27.

A. B.C.D.D.E. G. G.G.H.I.K.L.M.N.P.Q.S. T.

W.X.Y. IV. OE. EA. OE. INC. SVNT. VVLT. ET.

10. Alphabetum Runicum è Cod. MS. Coll. D. J. Bapt. apud Oxon. N.° C. 27.

A.B.C.D. E. F.G. H. I.K.L.M.N.O.P. Q.

R.S. T.Ð.V.X.Y. Z. oe. ear. ing.

11. Alphabetum Runicum è Cod. MS. Bibliothecæ Coll. D. J. Baptistæ. Oxon. C. 27.

A.B. C.D.E.F. G.H.I.K.L. M.N.O. P.Q.R. S. T.V.

Y.Z. &. eu. au. ei. hc. ego. ecce.

12. Alphabetum Normannorum secundum Bedum, ex Wormio. p. 49.

A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.V.X.Y.Z.

Jugationes Runarum Magis Communes ex Olai Worm. Lit. Run. p. 120.

NN.

Runæ πολύσημοι.

a. o. — a. e. — a. e. o. — a. n. — c. m. — c. z. — a. k. — c. n. s. t. be. — c. g. k. q. — c. s. — c. g. k. q. — c. n. — c. p. — c. v.

d. e. — d. m. dd. — d. m. — e. i. et. — c. æ. — e. i. — e. g. m. x. gæ. — e. g. gg. gæ. æ. — e. m. — e. g. h. — e. æ. e. — e. s. — e. m. — g. h. k. y. æ. io.

g. h. io. — g. che. — i. k. m. x. y. — i. t. — k. q. s. l. — k. z. — m. x. iv. ing. — l. n. oi. q. — n. o. — n. ho. — o. x. — h. he. — o. oe. — K. k. p.

q. r. y. z. o. — q. ear. x — s. c. — l. s. — s. z. — t. z. — v. y. — z. st. se. sunt. — ea. ear. — DC. d. p. — d. z. th.

MM. Litterarum Runicarum varietas universa collecta.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. L. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.

Inscriptio Baptisterii Bridekirkensis.

Er Ekard han men egrocten, and to dis men red wer Taner men brogten.

Hic Ekardus erat Conversus, et ad hujus hominis exemplum erant Dani adducti.

M Burg. sculpt. Univ. Oxon.

TABELLA III.

I. Diphthongi.

æ
au
ea
ei
eo
eu
œ
oi
iu
io

II. Duplices literæ.

DD
GG
TH
W
&

III. Syllabarum et vocum quarundam Notæ.

&c
st
be
che
ear
ing
gæ
has
he
henc
hethe
ho
ego
ecce
ihc
sunt
vult
calc



e Cod: Cottoniano, Otho C.5.p.41.

MBurg. sculp.

TABELLA IIII.

MONVMENTVM RVNICVM.

✝ ATTVLIT: ABA

EIVS. LACRIMIS. COEPIT RIGARE. PEDES. EIVS. ET CAPILLIS ✝ ET. PRAETERIENS. VIDI.

STRVH VNGVENTI. ET STANS. RETRO SECVS PEDES. ANABITATE ETS

Maria lavans pedes Jesu.

CAPITIS SVI TERGEBAT

Jesus digito oculos caeci tangens.

Flores, Fruges, et aves in hoc latere repraesentantur.

Flores, Fruges, et aves.

✝ IHS. XP

BESTIAE. ET. DRACONES. COGNOVERVNT INDE. ✝ FRES ERV

IVDEX. AEQVITATIS. SERTO. SALVATOREM. MVNDI. ET. ANT.

Jesus radiatus frontem, bestiarum capita pedibus comprimens

SCS. PAVLVS

Effigies S.ti Pauli et S.ti Antonii.

SPECIMEN

è Cod. MS. EXONIENSI.

C.

———————— Dōm þæt cymeð engla

þeodn þe ic ne heold tela þ me hælend min onbocum bibead

Ic þæs brogan sceal geseon syn wræce þæs þe ic soð talge þær

monig beoð ongemot læded fore onsyne ecs deman þon

·ᚳ· cwacað· gehyreð cyning mæðlan· rodera ryhtend· sprecan

reþe word þam þe him ær in worulde wace hyrdon þen

dan ·ᚣ·ᚾ· yþast meahtan frofre findan þær sceal

forht monig on þā wong stede werig bidan hwæt him æf

ter dædum deman wille wraþra wita bið se ·ᚹ· scæcen

eorþan frætwa ·ᚢ· wæs longe ·ᛚ· flodum bilocen lif

wynna dæl ·ᚠ· onfoldan þon frætwe sculon byrnan on

bæle ———————————— &c.

M Burg. sculp.

TABELLA V.

SPECIMEN è Cod. MS. EXONIENSI.

D.

——— þon mege dælað deorast ealra sibbe toslitað sin hiƿan tu micle mod lufan. min sceal of lice saƿul on siðfæt nat ic sylfa hƿider eardes uncyðþu of sceal ic þi sum secan oþerne ærge ƿyrhtum gongan iu dædum geomor hƿeorfeð ·ᚳ·ᚣ·7·ᚾ· cyning biþ reþe sigora syllend þon synnum fah ·ᛖ·ᚹ·7ᚢ· acle bidað hƿæt him æfter dædum deman ƿille lifes to leane ·ᛚ·ᚠ· beofað seomað sorg cearig sar eal gemon ƿunde þe ic siþ oþþe ær geƿorhte in ƿorulde þæt ic ƿopig sceal tearum mænan ——— &c.

E.

Ic seah ·ᛋᚱᚩᚻ· hyge ƿloncne heafod beorhtne sƿiftne ofer sælƿong sƿiþe þrægan hæfde him on hrycge hilde þryþe ·ᚾᚩᛗ· nægled ne rad ᚪᚷᛖᚹ ƿid last ferede rynestrong on rade rofne ·ᚳᚩᚠᚩᚪᚻ· forƿæs þy beorhtre sƿylcra siþfæt saga hƿæt ic hatte :7 &c.

F.

Ic eom ƿundor licu ƿiht ƿræsne mine stefne hƿilum beorce sƿa hund · hƿilum blæte sƿa gat · hƿilum græde sƿa gos · hƿilum gielle sƿa hafoc · hƿilum ic onhyrge þone hasƿan earn guð fugles hleoþor · hƿilum glidan reorde muþe gemæne · hƿilum mæƿes song þær ic glado sitte ·ᚷ· mec nemnað sƿylce ·ᚪ·7·ᚱ·ᚩ· fullesteð ·ᚾ·7·ᛁ· nu ic haten eom &c.

FF.

Ic ƿiht geseah on ƿege feran seo ƿæs ƿrætlice ƿundrum gegierƿed hæfde feoƿere fet under ƿombe 7 ehtuƿe monn·h·ƿ·M·ƿiif·m·x·l·kf·ƿf· hors: qxxs· ufon onhyrc ge hæfde tu fiþru 7 tƿelf eagan 7 siex heafdu saga hƿæt hio ƿære· for flod ƿegas ne ƿæs þ na fugul ana ac þær ƿæs æg hƿylces anra ge licnes horses 7 monnes hundes 7 fugles 7 eac ƿifes ƿlite þu ƿast gif þu const to gesecganne þ ƿe soð ƿitan hu þære ƿihte ƿise gonge :7 ——— &c.

Transcrip. M. Burg. sculpt. Univ. Oxon.

TABELLA, VI.

G.

Ic seah ·ᚹ·7·ᛁ· ofer ƿong faran beran ·ᛒ·ᛖ· bæm ƿæs on siþþe hæbbendes hyht · ᚻ·7·ᚪ· sƿylce þryþa dæl · ᚦ · 7 ᛖ gefeah · ᚠ·7·ᚫ· fleah ofer ᛠ·ᛋ·7·ᛈ· sylfes þæs folces :7

H.

Ic sƿiftne geseah on sƿaþe feran ·ᛞᚢᛚᚻ· :7

Ic ane geseah idese sittan :7

Inscriptio Runica è Cottonianae bibliothecae cod. MS. qui inscribitur CALIGULA·A·15, *& quidem fol. 122 & 123, descripta.*

Inscriptio Latinè, litteris Runicis, ex ejusdem bibliothecae Cod. MS. GALBA.A.2.

Ego dixi domine convertere ocli domine confiteantur sacerdotes, domine salvum fac regem, salvum fac populum tuum dñe.

Alphabetum Runicum, ibidem.

f · u · ð · o · r · c · h · n · i · a · ſ · t · b · m · l · æ · ʒ ·

fer. ur.

feoh. ur. þorn. os. rad. cen. gyfu. pyn. hegil. ned. is. gyr. eth. peorth. eolhx. sigel. tir. beorc. eoh. man. lagu. ing. dæg. edel. ac. æsc. yr. ear. calc. querd. ior. stan. gar. z.

fe. ur. þorſ. os. red. con. hagol. nod. is. ar. sol. tyr. beorc. mander. loer. yr. p. k. g. e. æ. d.

f. u. d. o. r. c. g. uu. h. n. i. gg. x. p. w. ſ. t. b. e. m m. l. ing. dd. oe. a. a. æ. y. ea. g. g. q. sund. k.

œ. æ. uult. ſ. med. ſ. e. æ.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z & w th. ae

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y & æ eu. au. ea. hunc. b. ego. ecce

a b c d e f ʒ h i k l m n o p q r ſ t u x y z x

Alphab. Run. ex MS. GALBA A 3. a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y

Alphabeta Runica ex eodem Codice MS. GALBA A. 2.

Sutton Nicholls sculp.

"in dextram, pariter quæ ſurſum ponuntur deorſum vertendo, & quæ deorſum, ſurſum, ut & "apertos ductus claudendo, clauſos aperiendo, lineaſque parallelas decuſſando, aliquando etiam "duplicando literam vel dimidiando, & dein dimidiatæ quid addendo, formatæ ſunt. Iiſdem "quoque modis, artibuſve ſcriptorum ſculptorumque, quæ tertio loco, ſeu ordine cernuntur, "ab iis, quæ in ſecundo delineantur ortum ſuum duxerunt, ut attentus lector facile dignoſcet.

"Denique infra poſui in quatuor tabellis. +. ‡. ✠. †. æri inſculptum nobiliſſimum monumen- "tum *Runicum*, quod à ſe *Ruthwelli*, vulgo *Revelli* apud Scotos, deſcriptum ad me miſit in "Septentrionali literatura, præſertim in *Runica*, ſingulariter eruditus, Reverendus *Wilhelmus Ni-* "*colſonus*, Archidiaconus *Carleolenſis*; qui, ut inter *Runica* noſtra prodiret rogatus, humaniſſime "conſentiit, in libro, *Northymbria vetus* inſcribendo, quem literato orbi daturus eſt, idem per- "fectius cum verſione & notis editurus. Id vero, ut hic publicandum rogarem, duo quidem "moverunt: primum, quod *Chriſtianum* monumentum cum ſit, ad ea debet accedere, quæ "*runas* apud Septentrionales gentes, poſt receptam ab iis Chriſtianam religionem, in uſu aliquan- "diu fuiſſe oſtendunt; dein quod præter *Communiores* primi Alphabeti *runas*, in quibus integrum "exaratur monumentum ſupra deſcriptum, haud exiguus numerus *runarum minus communium*, "quæ ſecus ac *magis communes* delineantur, in eo reperiuntur. Quæ in oblongo ſaxi ambitu, "tabb. ‡. †. Latinè ſcripta cernuntur, quod facile legi poſſunt, nec interpretem requirunt, nec "monitionem, niſi quod in tabb. ‡ quod SELVSI ſcriptum videtur, debet legi SECVS. In "legendis vero tabb. + & ✠ omnis eſt ſita difficultas, non quod ipſæ *Runæ* ſunt adeo ignotæ, "aut incertæ, ſed quod modus ſcribendi, & conſequenter legendi ordo involuta & incerta ſunt. "Doctiſſimus *Nicolſonus* Lectiones quidem ſuas non nobis invidus negavit, ſed pro modeſtia ſua "ante publicari noluit, quam cum exteris *runarum* peritiſſimis eas communicaſſet. Quamobrem "cum monumento à ſe deſcripto lectiones, verſionem, & notas ſuas ad magnos viros *Perinski-* "*oldum* Suecum, & *Windingum* Danum miſit, ut iis, quicquid de ſuo ſinguli poſſunt, cum illo "communicantibus, perfectiſſimum tandem, & rep. literaria digniſſimum prodeat monumentum, "non ſuas tantum *runas*, ſed earum deſcriptorem interpretemque æternitati conſecraturum.

"Monumentum *Ruthwellenſe* merito ſequuntur rhythmi quidam *Saxonicè* ſcripti in tabellis "C. D. E. F. FF. G. H. quos delineandos curavi è MS. quodam Carminum miſcellaneo, cujus "copiam mihi fecerunt, qui mihi cum honore ſemper nominandi ſunt, Decanus, & Canonici Ec- "cleſiæ *Exonienſis*; & ut inter *Runica* noſtra locum obtinerent fecere quidem quum literæ, tum "voces verè *runicæ*, hoc eſt [1] *myſticæ*, & occultæ, quas iis interſcriptas lectori *runarum* ſtudio- "ſo tam gratas fore arbitror, quam quod gratiſſimum.

"In Tab. C deſcribitur concluſio ſeculi, & adventus Chriſti ad judicium. Tab. D continet "perſonæ pœnitentiam agentis ſoliloquium de ſeparatione animæ & corporis. Tab. E quan- "dam, ſive rem, ſive perſonam, quaſi quid monſtri volantis, ænigmatice deſcribit. Tab. F "etiam rem aliquam, ſive perſonam tanquam monſtrum deſcribit, cujus nomen in *runis* ænigma- "ticè ponitur. Tab. FF quid, ut monſtrum multipes, quod ſex oculos, duodecim pedes, & "duas alas habens, partim homo, partim equus, partim canis, & partim volucris erat, ænigma- "tice deſcribit. Tab. G rem aliquam vel perſonam viſam myſticè deſcribit. Tab. H perſo- "nam celeri greſſu feſtinare viſam, fœminamque ſolitarie ſedentem deſcribit.

"Qui vero hæc omnia præſertim tot à ſe viſa adeo myſticè deſcribit, dramatis perſona eſt, "quæ de ſe etiam multa ænigmaticè dicit: ut, Mec gesette soð sigora ƿaldend Crist to "compe..... Ic þurh muð spræce mongum reordum ƿrencum singe..... hrægl is min "haso fag hýrste beorhte reade. ⁊ scire on reafe. ic dýsge dƿelle ⁊ dole hƿette. unræd "siþas oþrum stýre ...... hals is min hƿit ⁊ heafod fealo sidan sƿa some sƿift ic eom "onfeþe beado ƿæpen bere me on bæce standaþ here sƿýlce sƿe on leorum hlifiaþ tu earan "ofer eagum ordum ic steppe in grenne græs me bið gýrn ƿitod gif mec onhælean on- "findeþ. ƿælgrim ƿiga ðær ic ƿic buge blod mid bearnum ..... ic eom mundbora minre "heorde eodor ƿirum fæst.....ic eom ƿeorþ ƿerum ƿide funden brungen of bearnum ⁊ of "burghleoþum of denum ⁊ of dunum dæges mec ƿægun feþre on lifte feredon mid liste "under hrofes hleo hæleð mec siððon baþedan in býdenne. *Me ad bellum, & certamina* "*ordinavit Chriſtus verè invictiſſimus dominus. Ego eloquens multis linguis loquor, multis modis* "*pſallo. Veſtimentum meum eſt raucum, variegatum, ſplendidum, rubrum; & clare veſtibus* "*ſtultos, deſipientes, & tardi ingenii homines acuo, in ſtultitiæ ſemitis alios corrigo. Collum meum* "*eſt candidum; & capita multa ampla habeo eáque decora; alacer, & celer ſum, arma fero,* "*quæ mihi à tergo ſunt. Mihi etiam in genis eminent duæ aures. Per medios mucrones in vi-* "*reta gradior. Valde mihi gratum eſt cùm quis crudelis tyrannus ſuo cum cruento ſatellitio me, ubi* "*domum poſui, invenit. Ego gregi meo ſum patronus, ſepes myrtis contexta. Ego dignis viris* "*longe latéque inventa ſum, proficiſcor ex nemoribus, ex urbibus, ex vallibus, ex montibus; alæ* "*diei me in æthera ſublimem tollunt, méque in tecta ſua lubenter ferunt homines quam primum* "*in dolio* [i. e. baptiſterio] *lavantur.* Ex quibus conſtat perſonam, quæ in hoc dramate *Saxo-* "*nico* loquitur, eſſe *Eccleſiam*; nam alii quæ ſupra vertuntur me judice, convenire non poſſunt.

[1] Vide *H. Spelmanni* literas de origine vocis run, in pl. runer. *Olai Wormii* literaturæ *Runicæ* c. 1.

 Jam

Jam de novis quæ cum tota ferè Europa *Iſlandis* communes ſunt: multorum tamen ſeculorum decurſu ab iiſdem uſurpatæ; adeò ut non ſatis conſtet, quandò earum uſus primùm invaluerit. Numerantur autem XXII. a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, r, ſ, t, u, x, y, z, Þ.

Ex his XVII ſunt conſonantes, b, c, d, f, g, h, k, l, m, n, p, r, ſ, t, x, z, Þ. Quarum enunciatio *Iſlandis* eadem eſt, quæ cæteris Europæ populis: excepta ultima Þ, quam ex *Runico* Alphabeto in hodiernum tranſtulerunt. Hæc enim duplicem habet ſonum. Nam in fine dictionis poſita, vel poſt vocalem in eadem ſyllaba, valet d; ex. gr. naath, naad, *gratia*: mathur, madur, *homo*. In initio autem dictionum collocata valere videtur Hebræorum *Thau*. Sonat enim non prorſus *Th*, ſed quiddam craſſius cum ſibilo quodam quaſi *Tsh*. Quæ pronunciandi ratio *Britannis* & *Gallis* hodieque non infrequens eſt. Nomen olim habuit Thuß/ nunc thorn appellatur, "& ſæpiſſime in *Snorronis Sturlonidis* R R. Septentrionalium hiſtoriâ, quæ heims-kringla inſcri- "bitur, pro d ſcribitur, ut in eÞur, *ſive*; kolloÞo, *appellarunt*; aſgarÞ, pro aſgard, *nomen urbis*; "kallaÞur, *vocatus*; raÞa, *regere*; truÞo, *credebant*; OÞinn, *Odinus*; gerÞo, *fecerunt*.

De litera ſeu potius aſpiratione h notandum, quod eo nuſquam niſi in dictionum initiis *Iſlandi* utantur: niſi vox ſit compoſita, ut upphaf, *principium*, vel *initium*. Inveniuntur quidem in quibuſdam manuſcriptis *Norvegicis* conſonæ in medio vocum aſpiratæ. Ex. gr. in L. Parent. Þath er upphaf lagha varrha/ id eſt, *hoc eſt initium legum noſtrarum*. Verum hanc ſcribendi rationem corruptius ſeculum introduxiſſe videtur. Cujuſmodi citato L. plura leguntur à puriore antiquitate aliena. Veteres, more Græcorum, tantum vocales aſpirârunt, ut haugur, *tumulus*, hugur, *animus*, &c. Moderni autem prætereà conſonis l, n, r, præponunt h, ut, hlaatur, *riſus*; hnottur, *globus*; hroſun, *commendatio*. Sic lutur, *res*; rutur, *aries*, item proprium Viri, veteribus abſque aſpiratione pingebantur: at modernis cum aſpiratione, hlutur & hrutur. Quarta conſonans apud *Iſlandos* biformis eſt, f, v. Poſterior figura ubique in antiquiſſimis codicibus obvia eſt: prior novitatem ſapit. Variant etiam, in pingendo, aliarum formas; ſed more, ut exiſtimo, ab exteris deſumpto.

Duplas x & z aliundè in *Literaturam Iſlandorum* irrepſiſſe exiſtimo: Earum enim poteſtatem diſtinctis literis gs & ß, fuiſſe expreſſam notatamque ex vetuſtiſſimis noſtratium manuſcriptis colligere licet.

Vocales ſunt quinque: a, e, i, o, u.

Ex his, e, ſimplicem unicúmque habet ſonum, qualem e *Germanorum*, *Danorumque*. A, i, u, duplicem; longum & brevem. A longum prorſus ac Latinorum dypthongus au effertur, ut haad, *irriſio*. Breve ut *Latinorum* vel etiam *Danorum* & *Germanorum* a, ut matur, *cibus*. Sic i longum eſt in voce frydur, *elegans*: Breve in fridur, *pax*. U longo conſtat vox fue, *putredo*: Brevi hlutur, *res* vel *portio*, & hoc mixtum quendam ex u communi & y ſonum obtinet. O triplex eſt: longum, breve, & breviſſimum. O longum in vocula goodur, *bonus*, legendum: Breve in forn, *vetuſtus*: Breviſſimum medio quodam tenore inter a & u enunciandum, ut Ønd, *anima*.

Quamvis autem in pingendo, nullum inter vocalem longam & brevem diſcrimen vulgò faciant, cùm natura & conſtructio vocum ſuopte ingenio id ſuppeditet; nos tamen, vitandæ confuſionis ergo, in tradendis Linguæ *Iſlandicæ* rudimentis, longam à brevi geminata vocali diſtinguemus, hoc modo: aa, ij, oo, uu, longas denotabunt: a, i, o, u, breves. Verum o breviſſimum virgula tranſverſa (ø) à reliquis ſecernet. Obiter heîc notandum, quod vocales longæ nunquam in fine vocum ponantur, niſi voces ſint monoſyllabæ, aut ex monoſyllabis compoſitæ. "Notandum etiam u breve in o breve ſæpiſſime mutari, ut in kolloÞo pro kolludu; logÞo pro "logdu; gerÞo pro gerÞu, vel gerdu.

Ex vocalibus inter ſe junctis fiunt Dyphthongi.

Dyphthongos *Iſlandi* proprias agnoſcunt tres, æ, au, & ei. Impropriam unam y. æ & au ita efferunt, ut utriuſque vocalis dyphthongum conſtituentis ſonus audiri poſſit: Ex. gr. ædur, *vena*, ſecus quam faciunt hodiè *Dani*, qui dypthongum æ per e exprimunt. Sic † au non ut *Latini*, ſed ut *Danorum* modernorum ø *Iſlandi* efferunt, ut naud, *calamitas*. Ei vero & y communem conſuetudinem ſequuntur, ut neid, *calamitas*, ydur, *viſcera*.

"Hactenus doctiſſimus *Runolphus*, qui brevitati nimium ſtudens, haud pauca de literis lectu "ſimul jucunda, & utilia præteriit, quæ *Cimbricarum* literarum ſtudioſi maxime intereſt ſcire. "Iſtiuſmodi præſertim ſunt, quæ doctiſſimus *Gudmundus Andreæ Iſlandus* tradidit in Lexico ſuo "*Iſlandico*, quod *Hauniæ* non ita pridem neſcio quo fato mendoſe ſatis impreſſum, utinam quis "*Cimbricæ* literaturæ patronus correctius, & ſi ita viſum fuerit etiam & auctius denuo eden- "dum curaret. Iſtiuſmodi quoque ſunt, quæ Cl. *Chriſtianus Wormius*, *Olai Nepos* in literis ſuis, "dum *Oxonii Aræ Schedis* edendis ſudaret, ad nos datis ſcribere haud dedignatus eſt, & no- "biſcum pro humanitate ſuâ communicare, quippe quod eum certiorem feceram me jam tum

† Diphthong. au quandoque brevis eſt apud *Iſlandos*, utpote poſitum pro ø, vel a breviſſimo: ut docet etiam *Gudmundus Andreas Iſlandus* in Lexico *Iſlandico*.

"in

" in eo pene totum eſſe, ut *Gramm.* Septentrionalium alteram, eamque longe perfectiorem editionem
" literato orbi darem. ——Præterire (*inquit*) tamen non poſſum nonnullas prælo *Sheldoniano* deeſſe
" literas, quas ut ſuppleret aliquis optarem. Id genus ſunt diphthongi ǫ, ę, Æ, quarum ne
" vola quidem aut veſtigium hic apparet, cum tamen adeo ſint neceſſariæ, ut nihil ſupra. Prima
" fateor fronte videntur cum ø œ coincidere; ſed alia in prioribus latet emphaſis, quam po-
" ſteriores neſciunt exprimere. Quod unico ſaltem hic illuſtrare exemplo libet in *Arâ*, quem
" publici juris hic facimus. Eſt autem Byſcopom ǫrum. Deerat hic litera; cujus vice, quam
" credis me uſurpaſſe? Certe non ø, quod neutiquam in hac voce locum habet; ſed duas li-
" teras vǫ, ut adeo excudi fecerim vorum, & verterim *Epiſcopis noſtris*; quæ vox licet cum
" ſenſu auctoris plane conveniat, ſi pronuntiationem conſideres, longe alia eſt ab eâ, quam nos
" dediſſe *Aram* credimus, cujus ſonus delicatiſſimus, ni fallimur, fuerat, medium ſibi inter ø & vǫ
" locum vendicans. Poſterior diphthongus non ejuſdem cum priori eſt momenti; in MSS. ta-
" men occurrit frequentiſſima, ut in ętlon, in *Ara* noſtro, pro quo tamen œtlon, & ſatis quidem
" appoſite, ni fallimur, impreſſum.

" Quod ad conſonantes attinet, nec illas omni plane numero abſolutas habetis. Deeſt plane
" communiſſima illa inter f ſimplex, & duplex media, ut taceam eandem omnino literam
" variis haud raro modis ſcribi. Ita illam *K* in MSS. antiquiſſimis, & optime Notæ expreſ-
" ſam videbis, ut alias taceam, quarum ductus, pro temporum diverſitate toto ab hodiernis cœlo
" diſtant, eaſque niſi quis ex MSS. aliquando eruerit, & in lucem protraxerit, difficillimum erit
" tyronibus MSS. cujuſcunque generis evolvere.

" Optarem præterea eſſet Grammaticæ *Iſlandicæ* adjectum ſingulare quoddam de abbreviatio-
" nibus, & literarum inter ſe permutationibus caput, incredibili certe futurum uſui. Ad prio-
" res pertinet kungr pro konungr; mirþr pro myrdtur, & id genus aliæ numero tantum non in-
" numeræ. Quod ad poſteriores attinet, in unica voce nacquart, a, vocalem, cum o, & u; qo
" cum k permutatas vides; legendum enim nockurt. in voce cairte, a cum e, i cum y, c cum k,
" quod poſterius frequentiſſimum eſt; ita & o cum u: haud raro permutatum obſervare licet,
" præſertim in fine vocum; ut in ſcyllþo, quomo, pro ſcyldu, komu. Nihil autem frequentius,
" quam d cum t, & þ permutari: ut, in þat, dauþur, pro þad, daudur. Eſt & alia non con-
" temnenda, ut mihi videtur obſervatio ad grammaticam ſuo jure pertinens, totalem nonnulla-
" rum literarum omiſſionem explicans, quæ ejus eſt naturæ, ut ad abbreviationes referri vix
" poſſit: ita litera u frequentiſſime eliditur; ut, Nockrt pro Nockurt. Haud raro etiam litera n
" abjicitur, præſertim in fine vocum, ut, han, man, pro hann, mann: aliquando etiam in medio:
" ita madur pro mandur, *homo*. Et ſi quid de literarum in vocibus nonnullis pleonaſmo. De
" ſyllabarum præter neceſſitatem, præſertim in fine vocum, adjectionibus generaliores quædam
" ex natura vocum elicerentur regulæ. Illæ ſane ad etymologiam vocum felicius tradendam
" haud parum conferrent. Hactenus pro acumine ſuo *Wormius* noſter, cujus præceptiones ad
" regulas quatuor reduci poſſunt, quarum ſingulas exemplis, quæ inter legendum occurrunt,
" amplius illuſtrare noſtri fore cenſemus.

I. " Primo igitur, in lingua *Iſlandicâ*, literæ invicem permutantur: ſic gørtha pro giørde, *feci.*
" bæþi vel bæthi, pro bæde, *tum, cum, quoque.* meth, pro med. et, pro ed. tith, pro tijd. ſøgo,
" pro ſøgu. øllom, pro øllum. father, pro fader, & fauder. veithi, veide, *venatio.* ero, eru, voro,
" voru. ſcrifatha, ſcrifade, *ſcripſi.* bygthi, bygde, *habitabat.* døgom, døgum, *diebus.* mioc, miog.
" amithli, amilli, *in medio, inter.* hafthi, haffde. mathr, madr. honum, honom. orthit, ordit, vrdit,
" *jactus, a, um.* thottor, dotter, *filia.* borthoſt, bordu ſt, *pugnabant.* conor, konur, *uxores.* unz, uns,
" *donec.* hauftho, hefdu, *habebant.* œſke, & œſte, *opto.* at Vſkia, vel Vſka, *optare.* hovom, hofum.
" monom, munum. pave, paſe, *papa.* hatith, holith, pro hatyd, *feſtum.* lanns, pro lands. lyxt,
" pro lykſt, *clauditur.* yrkia, *metrificare*, facit in præt. orte.

II. " Secundo, omittuntur, & earum omiſſione voces abbreviautur: ens, pro hins, fadr, fau-
" thr, faudr, pro fader, *&c.* Hvorke, & hvarki, pro hvoruge. ſonr, pro ſonur. ſem, ex ſama.
" veiſla, pro veitſla, *convivium.* ſuerleic, pro ſuerd-leik, *bellicoſus ludus.* i. e. *bellum.* Rausſkeg-
" giadur, *rubram barbam habens*, pro Raud-ſkeggiadur.

III. " Tertio, nonnunquam in vocibus redundant: ut in Agaztur, ageztr, pro agiætr, vel agætr;
" ſi non pro Agæleſtr, & tum cadit ſub regula II. lanndi, pro landi. hollt, pro holt. ſtoll, pro
" ſtol. ſia, pro ſa, *hic.* Huc referenda ſunt, quæ duplices conſonantes habent per ſimplices re-
" ctius ſcribendæ: ut, ſcylldu, hilldur.

IV. " Quartò, redundant aliquando ſyllabæ, præſertim in fine vocum: ſic legitur i brottu, pro
" i brot, per metatheſin pro i burt, quod verbis adjunctum ſignificat *ex, trans, ab, dis.* Item
" *longe, peregre*; aliquando vero occurrit burt abſque i: ut, burt fara, *abire.* burt reka, *expellere.*

V. " Hiſce addatur quinta de metatheſi, ſive tranſpoſitione literarum.

CAPUT SECUNDUM.

De Declinationibus Nominum Simplicium.

PARTES Orationis apud *Iſlandos* ſunt octo. Quatuor Declinabiles: Nomen, Pronomen, Verbũ, Participium. Indeclinabiles itidem quatuor: Adverbium, Conjunctio, Præpoſitio & Interjectio. Nomen eſt duplex: Adjectivum & Subſtantivum. Circa utrumque conſideranda veniunt: Declinatio, genus, ſpecies, figura, numerus & caſus.

De Nominibus autem tam Adjectivis, quàm Subſtantivis notandum, quod pro ſententiarum diverſitate, diverſimodè declinentur. * Nam cum certam & ſingularem aliquam rem quaſi digito demonſtratam volumus, vocem ſimpliciter inflectimus, præpoſito articulo vel pronomine demonſtrativo, ut, **Sa madur,** *iſte homo,* **Þeß mans,** *illius hominis.* Quoties autem de re aliqua in communi ſermo eſt, non præmiſſo, ſed poſtpoſito Articulo voces declinamus, & quidem ita, ut Articulus cum ipſa voce, cui poſtponitur, in unam dictionem coaleſcat, ut, **maduren er ſkilnings hluttakare,** *homo eſt rationis particeps.* Heic ad Nominativi ſimplicis terminationem, **madur,** adjicitur Pronomen demonſtrativum **hann, madurenn** quaſi **madur hann.** Sic genit. **manſens,** quaſi **mans Þeß,** vel **mans hans.**

Hinc duplex naſcitur Nominum Declinatio: Simplex ſive Nominum Simplicium, & Compoſita ſeu Nominum Compoſitorum.

Declinationem ſimplicem voco, juxta quam voces non adjecto in fine articulo declinantur, ut, **ſa penne,** *calamus,* **Þeß penna,** *calami.* Compoſitam dico, ad cujus leges inflectuntur voces Articulo in fine auctæ, ut **Pennenn, pennans; Madurenn, manſens.**

De Declinationibus autem Nominum Simplicium, notanda ſunt: 1. Articulus præponendus. 2. Ipſa Nominum inflexio.

Articulos, quibus *Iſlandi* partim ad deſignanda Nominum genera, partim ad certitudinem aliquam rei, excellentiamque denotandam utuntur, è copioſiſſimo, quod poſtea patebit, Pronominum penuario mutuantur. Undè nos hic † unum depromemus, quod in ſequentibus Nominum Declinationibus noſtro inſerviturum eſt uſui. Eſtque **ſa, ſu, Þad,** *is, ea, id.* Declinatur autem hunc in modum:

	Singulariter.						*Pluraliter.*					
	Nom.	Gen.	Dat.	Acc.	Voc.	Abl.	Nom.	Gen.	Dat.	Acc.	Voc.	Abl.
M.	‡ Sa.	Þeß.	Þeim.	Þann.		Þeim.	Þeir.			Þaa.		
F.	Su.	Þeirrar.	Þeirre.	Þaa.	Þu.	Þeirre.	Þair.	Þeirra.	Þeim.	Þær.	Þier.	Þeim.
N.	Þad.	Þeß.	Þui.	Þad.		Þui.	Þaug.			** Þaug.		

* Verum non adeo accuratè hic diſtinguit doctiſſimus Grammaticus inter uſum *præpoſiti articuli,* qui cum nomine non componitur, & *poſtpoſiti,* qui cum nomine in unam vocem, ſive nomen compoſitum coaleſcit. Etenim poſtpoſitus articulus in fine nominum per omnes caſus utriuſque numeri facit ea *demonſtrativè*, ac *emphatice* ſignificare, imo *rem ſingularem* etiam non minus deſignat, quam præpoſitus articulus: ut, **konan,** SR UINR, Matth. IX, 22. **ſolked,** SR MANAГЄI, *v.* 25. **Stulkan,** SR MAVI, *v.* 24. Sic **huſenu,** Matth. VII, 25. *Domum certam,* ac *ſingularem* æque deſignat, ac **ad Þui huſe.** *v.* 27. Idem dicendum eſt de **i gieſta herbergenu,** Luc. II, 7. Et **og barnid liggia i jotunne,** *v.* 12. Si quis plura deſiderat, conſulat *Luc.* XX, 1, 24, 25. *Joh.* VIII, 12, 36, 44. *Joh.* VI, 11, 35, 40, 44, 46, 51, 57, 59, 63. *Joh.* X, 10, 23. XI, 28, 31, 38. XIII, 16, 18. XIV, 6, 8, 26. † Pronomen **hinn, hin, hitt,** vel **hid,** haud rarius fere induit naturam articuli, ac **ſa, ſu, Þad:** ut, **hinn ſiuke,** *Marc.* II, 4. **til hins iktſiuka,** *v.* 5, 9, 10. **hiner ſkriftlardu,** *v.* 16. **og ſagde til manſins,** *Marc.* III, 5. **hiner ſkriflardu.** *v.* 22. **hann tok i hand hins blinda.** *Marc.* VIII, 23. **og hann kom til ſinna lareſuina.** *Marc.* IX, 14. **af Þeim hinum litlu,** *ex his puſillis, v.* 42. **Þeir kolludu a hinn blinda,** *& vocabant cæcum,* Marc. X, 49. **hinn blinde ſagde honum,** *cæcus ei dixit,* v. 51. **hinn ſkriftlardi,** *Marc.* XII, 32. **ortu Chriſtur ſonur hins bleſſada,** *tu es Chriſtus filius Benedicti.* Marc. XIV, 61. Vide *Marc.* XV, 40. *Luc.* I, 32. **Af Þui hinu nya,** *ex vetere.* Luc. V, 36. VI, 6. **o Þu hinn vantruade kynſlod,** *ô generatio infidelis!* Luc. IX, 41. *v.* XIV, 18. Sic **hid gamla teſtamented,** *vetus teſtamentum.* **hid nyia teſtamented,** *novum teſtamentum.* Ubi obiter nota Articulum apud *Iſlandos* ob majorem emphaſin, & ad denotandam majorem excellentiam, ſive in bono, ſive in malo ſenſu, non raro etiam præponi nominibus compoſitis. ‡ Pro **ſa** legitur **ſia:** ut, **her lyxt ſia boc,** *hic liber iſte deſinit. Aræ* Sched. cap. X. Notandum etiam quod **ſa** aliquando, perinde ac ſe *A.Sax.* præponitur nominibus propriis: ut **ſa Lazarus,** *Joh.* XI. 2. Pro **ſa** occurrit **Þann;** exempla vide cap. II. reg. 10. Gramm. *Anglo-Sax.* pro **Þann** accuſ. occurrit **Þennan:** ut, **thennan hafr Gud uppreiſtan,** *quem Deus ſuſcitavit.* Act. II, 22. vid. quoque verſum 32, 36. ** Scribitur etiam **Þau,** & **Þav,** pro **Þø.** Male autem effertur, & ſcribitur **Þaug** ſecundum *Gudmundum Andreæ Iſlandum,*

Declinationes Nominum ſunt quatuor.

PRIMA DECLINATIO SIMPLEX

Eſt nominum fœmininorum in a exeuntium, exceptis monoſyllabis in a longum finitis; cujus genitivus ſingularis ſemper terminatur in * u breve: ut kuinna, *fœmina*, genit. kuinnu, *fœminæ*.

Paradigma primæ declinationis.

Singulariter.		*Pluraliter.*	
Nom.	Su Kuinna.	Nom.	Þær † Kuinnur.
Gen.	Þeirrar kuinnu.	Gen.	Þeirra kuenna.
Dat.	Þeirre kuinnu.	Dat.	Þeim kuinnum.
Acc.	Þaa kuinnu.	Acc.	Þær kuinnur.
Voc.	Þu kuinna.	Voc.	Þier kuinnur.
Abl.	Af Þeirre kuinnu.	Abl.	Af Þeim kuinnum.

Sic declinantur reliqua fœminina omnia in a.

Aska	*Cinis.*	geimsla	*cuſtodia.*	pitla	*ahenum exiguum.*
bida	*vas oblongum, ſupernè acuminatum.*	grima	*capiſtrum.*	pylſa	*farcimen.*
		glyma	*lucta.*	pyla	*jacula.*
biſſa	*ſclopetum bellicum.*	giæfa	*bona fortuna.*	plaaga	*calamitas.*
bladra	*tenuis membranula, Spiritu incluſo tumida.*	Hamingia	*idem.*	puta	*ſcortum.*
		hafa	*mentum.*	peyſa	*indutium.*
		hella	*petra.*	Reka	*ligo.*
booſa	*furunculus,* item *bulla.*	hetta	*capitis tegmen.*	reckia	*lectus.*
		helia	*interitus.*	ræna	*ratio.*
bringa	*pectus.*	hilla	*abacus.*	reinsla	*experientia.*
Dyngia	*acervus.*	hoora	*meretrix.*	rifa	*rima.*
duſa	*columba.*	hæna	*gallina.*	riupa	*perdix.*
dryſa	*nivis deſcenſus.*	hæru	*cani.*	reyſa	*iter.*
dyrſka	*audacia.*	huida	*impetus.*	ræda	*oratio.*
Elska	*amor.*	hola	*ſpecus.*	rooa	*cauda.*
eyga	*poſſeſſio.*	hryfa	*raſtrum.*	Soolskyfa	*Horologium ſolare.*
elia	*pellex.*	Idia	*labor, ſedulitas.*	skirta	*interula.*
eyſa	*Cinis ſcintillans,* ſive *ignitus.*	ida	*vortex aquæ.*	ſtulka	*puella.*
eymmyria	*idem.*	Kaapa	*pallium.*	ſtada	*ſtatio.*
Fata	*hydria.*	kueiſa	*febris.*	ſteffna	*dica.*
freya	*rana.*	kalda	*idem.*	ſtiarna	*ſtella.*
flaska	*lagena.*	kartapypa	*candelabrum.*	Tooffa	*vulpes.*
frilla	*concubina.*	kiſta	*ciſta.*	threya	*thorax.*
fyſſa	*lana pratenſis.*	kuerra	*alea.*	Vinaatta	*amicitia.*
Gnypa	*ſummitas rupis,* vel *montis.*	kuedia	*ſalutis nuncium.*	veitsla	*convivium.*
		kiſa	*felis.*	villa	*error.*
giæſta	*benignitas.*	kiæna	*navicula.*	vgla	*noctua.*
græſta	*malignitas.*	kiæra	*fœmina.*	veria	*armamentum.*
giæra	*pellis ovilla.*	Ladia	*lutum.*	versla	*aqua quæ non congelatur.*
giota	*ſcrobs.*	ligna	*ſtagnans aqua.*		
gridka	*ancilla.*	Migla	*ſitus.*	yſtra	*abdomen.*
gaata	*ænigma.*	myla	*milliare.*	Þoka	*caligo.*
gata	*via.*	Negla	*ſtipamen navis.*	Þootta	*tranſtrum.*
gidia	*dea.*	Orka	*vires.*	Þuffa	*tumor terræ.*
grenlægia	*vulpes.*	Pypa	*fiſtula.*		Et id genus alia.

---

in Lexico ſuo *Iſlandico*, & in expoſitionibus vocum ad *Volu-ſpæ*, Stroph. I. Non raro ſcribitur etiam Þa, ut apud *Anglo-Saxones*. * Et u in o. verſo in o breve: ut, Thorvaldr ſonr hans vas at Brenno Þorkels Blunketils ſonar, *Thorvaldus ejus filius una aderat, cum combureretur Thorkellus Blunketilli filius. Aræ* ſchedarum cap. 5. Poſtea autem nomen compoſitum uſurpatur: oc fleiri their at brennunni voro, *& plures, qui combuſtioni aſſiſterent.* † Et o in u mutato, kuinnor: ut, nema conor etha their mennes hann nemi fra, *præter uxores & viros, quos ille exceperat.* Aræ ſchedarum cap. 11. Conor autem à nom. ſing. cona, kona, *mulier, uxor.*

*C *Obſer-*

Obſervationes in primam Declinationem.

I. Si in penultima Nominativi Singularis Syllaba fuerit a breve, mutatur in ø breviſſimum in omnibus obliquis ſingularis Numeri, & tam in obliquis quam rectis *Pl. Num.* excepto genit. qui a nominativi *Sing.* retinet, ut, Kanna, *cantharus*, gen. kønnu, dat. kønnu, &c. nom. *Plur.* Kønnur, gen. kanna, dat. kønnum, &c. Sic Amma, *avia*, gen. Ømmu. Aliter ſe res habet cum aa longo in penult. quippè quod invariatum in reliquis Caſibus ubique manet, ut Gaata, *ænigma*, gen. gaatu.

II. Genitivus Pluralis in nonnullis interſerit n ante a finale Nominativi Sing. ut, Dufa, *columba*, gen. *Pl.* dufna. Excipiuntur deſinentia in na, ut, Nunna, *Virgo veſtalis*, gen. *Pl.* Nunna. Lina, *linea*, gen. *Pl.* lina. Et quædam in ia, ut, Gryfia, *fovea*, gen. *Plur.* Þeirra grifia. Feria, *navis vectoria*, gen. *Plur.* feria: quædam autem pro i recipiunt n, ut, Bilgia, *procella*, gen. bilgna. Silgia, *ornamentum muliebre*, ſilgna.

III. Peculiare hoc habet nomen kuinna, quod i penultimum nom. *Singul.* in gen. *Plur.* mutet in e, velut ex præmiſſo paradigmate liquet. Quam mutationem in reliquis nuſquam obſervavimus. Non enim dicimus keſtna à nom. *Singul.* kiſta, *arca*; Sed, retenta eadem vocali, kiſtna. Sic Skridna non ſkredna, *à* ſkrida, *ruina montis*, vel *rupis*. Kona, quod idem eſt ac kuinna, in utroque Num. regulariter flectitur, niſi quod genit. *Pl.* à cognato nomine kuinna, mutuetur kuenna.

SECUNDA DECLINATIO SIMPLEX

Eſt Nominum fœmininorum Singularem in ar formantium: Complectiturque quindecim literas terminales: B, d, f, g, k, l, m, n, o, p, r, ſ, t, u, y, & monoſyllaba in a cum compoſitis; ut, vømb, *venter*, vambar in genit. Sing. Naad, *gratia*, naadar. Toff, *mora*, taffar. Borg, *civitas*, borgar. Skaak, *luſus latronum*, ſkaakar. Saal, *anima*, ſaalar. Skømm, *ignominia*, ſkammar. Baun, *faba*, baunar. Kloo, *unguis*, klooar. Greip, *ſinus digitorum*, greipar. Vor, *labrum*, varar. Droos, *fœmina*, drooſar. Ambaatt, *ancilla*, ambattar. Tru, *fides*, truar. Mey, *virgo*, meyar; & Aa, *amnis*, aar.

Paradigmata ſecundæ Declinationis.

I. in b. *Sing.*	*Plur.*
Nom. Su Vømb.	Nom. Þær vamber.
Gen. Þeirrar vambar.	Gen. Þeirra vamba.
Dat. Þeirre vømb.	Dat. Þeim vømbum.
Acc Þaa vømb.	Acc. Þær vamber.
Voc. Þu vømb.	Voc. Þier vamber.
Abl. Af Þeirre vømb.	Abl. Af Þeim vømbum.

Sic declinatur Þømb alicujus rei extenſio, *&c.*

II. in d. *Sing.*	*Plur.*
Nom. Su Naad	Nom. Þær Naader.
Gen. Þeirrar naadar.	Gen. Þeirra naada.
Dat. Þeirre naad.	Dat. Þeim naadum.
Acc. Þaa naad.	Acc. Þær naader.
Voc. Þu naad.	Voc. Þier naader.
Abl. Af Þeirre naad.	Abl. Af Þeim naadum.

Sic declinantur reliqua in d, ut

Aſynd	*Aſpectus.*
agyrnd	*avaritia.*
anaud	*ærumna.*
Bygd	*habitatio.*
bidlund	*expectatio.*
Dyrd	*gloria.*
dygd	*virtus.*
deilld	*lis.*
daad	*virtus.*
dælld	*terra ſubſidens.*
digurd	*craſſities.*
Eimd	*miſeria.*
Flærd	*falſitas.*
frygd	*libido.*
frægd	*heroica virtus.*
frammkuæmd	*executio.*
ferd	*iter.*
fremd	*res laude digna.*
folld	Poet. *terra.*
fylgd	*comitatus.*
fegurd	*amœnitas.*
Giord	*opus*, item *cingulum.*
grund	*terra, fundus.*
girnd	*cupido.*
grimd	*furor.*
Hrigd	*triſtitia.*
hurd	*janua.*
hæd	*altitudo.*
hægd	*facilitas.*
hind	*cerva.*
Kird	*tranquillitas.*
Lygd	*mendacium.*
leyd	*via.*
lind	*Aqua fontana ſcaturiens.*
linkind	*commiſeratio.*
lood	*Proprietaria ſoli poſſeſſio.*
Mærd	*eloquentia.*
mynd	*imago.*
molld	*pulvis.*
mergd	*multitudo.*
megurd	*macies.*
Nægd	*copia.*
neid	*anguſtia.*
naud	*malum.*
Øffund	*invidia.*
ølld	*ſeculum.*
Reyd	*equitandi actus.*
ryffd	*liberalitas.*
Saad	*granum.*
ſigd	*falx.*
ſloed	*via in nive trita.*
ſkeid	*cocleare.*
ſnylld	*elegantia.*
ſtund	*hora.*
ſylld	*halec.*
ſtrønd	*ora maris.*
ſtod	*columna.*
ſkaud	*res nihili.*
ſtigd	*offenſio.*
Trigd	*virtus, fidelitas.*
Villd	*voluntas.*
vareigd	*cautio, prudentia.*
værd	*jucunda quies.*
vegſemd	*honor.*
veſølld	*miſeria, calamitas.*
Þackargiord	*gratiarum actio.*
Þingd	*gravitas.*
Þægd.	*beneplacitum.*

Sing-

	Singulariter.	Pluraliter.
III. in f.	Nom. Su Toff.	Nom. Þær Taffer.
	Gen. Þeirrar taffar.	Gen. Þeirra taffa.
	Dat. Þeirre toff.	Dat. Þeim toffum.
	Acc. Þaa toff.	Acc. Þær taffer.
	Voc. Þu toff.	Voc. Þier taffer.
	Abl. Af Þeirre toff.	Abl. Af Þeim toffum.

Sic declinantur Gioff, *donatio*: grof, *sepulcrum*: groof, *lacuna terræ*: leyf, *reliquum*: sleyf, *coclearé*.

	Singulariter.	Pluraliter.
IV. in g.	Nom. Su Borg.	Nom. Þær Borger.
	Gen. Þeirrar borgar.	Gen. Þeirra borga.
	Dat. Þeirre borg.	Dat. Þeim borgum.
	Acc. Þaa borg.	Acc. Þær borger.
	Voc. Þu borg.	Voc. Þier borger.
	Abl. Af Þeirre borg.	Abl. Af Þeim borgum.

Sic declinatur Biorg, *adjumentum*: dogg, *pluvia*: laug, *balneum*: laag, *vallis*: taug, *funiculus*: taag, *vimen*.

	Singulariter.	Pluraliter.
V. in k.	Nom. Su Skaak.	Nom. Þær skaaker.
	Gen. Þeirrar skaakar.	Gen. Þeirra skaaka.
	Dat. Þeirre skaak.	Dat. Þeim skaakum.
	Acc. Þaa skaak.	Acc. Þær skaaker.
	Voc. Þu skaak.	Voc. Þier skaaker.
	Abl. Af Þeirre skaak.	Abl. Af Þeim skaakum.

Sic declinantur Block, *truncus ligneus*: haunk, *funiculus in formam circuli colligatus*: kueik, *prima cerevisiæ materia*: dosk, *votum*, &c.

	Singulariter.	Pluraliter.
VI. in l.	Nom. Su Saal.	Nom. Þær Saaler.
	Gen. Þeirrar saalar.	Gen. Þeirra saalna.
	Dat. Þeirre sal, vel saalu.	Dat. Þeim saalum.
	Acc. Þaa saal.	Acc. Þær saaler.
	Voc. Þu saal.	Voc. Þier saler.
	Abl. Af Þeirre saal, l saalu.	Abl. Af Þeim saalum.

Sic declinatur Duol, *mora*: fiol, *asser*: holl, *aula*: kuisl, *particula fluvii*, vel *amnis scaturiens*: mol, *spatium soli lapillis*, & *scrupulis obsitum*: mioll, *candida*, & *recens nix nondum condensata*: pysl, *passio*: skaal, *phyala*: vll, *lana*, &c.

	Singulariter.	Pluraliter.
VII. in m.	Nom. Su Skomm.	Nom. Þær Skammer.
	Gen. Þeirrar skammar.	Gen. Þeirra skamma.
	Dat. Þeirre skomm.	Dat. Þeim skommum.
	Acc. Þaa skomm.	Acc. Þær skammer.
	Voc. Þu skomm.	Voc. Þier skammer.
	Abl. Af Þeirre skomm.	Abl. Af Þeim skommum.

Sic flectuntur Vomm, *nævus*, *dedecus*: skalm, *genus ensis*, &c.

	Singulariter.	Pluraliter.
VIII. in n.	Nom. Su Baun.	Nom. Þær Bauner.
	Gen. Þeirrar baunar.	Gen. Þeirra bauna.
	Dat. Þeirre baun.	Dat. Þeim baunum.
	Acc. Þaa baun.	Acc. Þær bauner.
	Voc. Þu baun.	Voc. Þier bauner.
	Abl. Af Þeirre baun.	Abl. A Þeim baunum.

Sic declinantur Boon & bæn, *oratio*, *preces*: brun, *extremitas alicujus rei*: eign, *possessio*: fonn, *nix condensata*: grein, *ramus*, item *sententia*: gron, *labrum bovis superius*: huon, *flos Angelicæ*: hæffn, *portus*: lausn, *redemptio*: *solutio*: oogn, *terror vehementissimus*: onn, *mica*: orn, *aquila*: kaun, *experientia*, item *adversitas*: sogn, *fama*, & *rumor vulgi*: sponn, *spithama*: tonn, *dens*: tiorn, *stagnum*, seu *lacus*: von, *spes*: vorn, *defensio*, *munitio*: Run, *Runa*.

		Singulariter.		*Pluraliter.*
IX. in o.	Nom.	Su Kloo.	Nom.	Þær Klær.
	Gen.	Þeirrar klooar.	Gen.	Þeirra klooa.
	Dat.	Þeirre kloo.	Dat.	Þeim kloom.
	Acc.	Þaa kloo.	Acc.	Þær klær.
	Voc.	Þu kloo.	Voc.	Þier klær.
	Abl.	Af Þeirre kloo.	Abl.	Af Þeim kloom.

Sic flectuntur floc, *pulex*: loo *tormentum*, &c.

		Singulariter.		*Pluraliter.*
X. in p.	Nom.	Su Greip.	Nom.	Þær Greipar.
	Gen.	Þeirrar greipar.	Gen.	Þeirra greipa.
	Dat.	Þeirre greip.	Dat.	Þeim greipum.
	Acc.	Þaa greip.	Acc.	Þær greipar.
	Voc.	Þu greip.	Voc.	Þier greipar.
	Abl.	Af Þeirre greip.	Abl.	Af Þeim greipum.

		Singulariter.		*Pluraliter.*
XI. in r.	Nom.	Su Vør.	Nom.	Þær varer.
	Gen.	Þeirrar varar.	Gen.	Þeirra vara.
	Dat.	Þeirre vør.	Dat.	Þeim vørum.
	Acc.	Þaa vør.	Acc.	Þær varer.
	Voc.	Þu vør.	Voc.	Þier varer.
	Abl.	Af Þeirre vør.	Abl.	Af Þeim vørum.

Sic declinantur Før, *inter*: cør, *decubatio*: skør, *ſcabellum*: ſtør, *juncus*.

		Singulariter.		*Pluraliter.*
XII. in ſ.	Nom.	Su Droos.	Nom.	Þær. Drooſer.
	Gen.	Þeirrar drooſar.	Gen.	Þeirra drooſa.
	Dat.	Þeirre droos.	Dat.	Þeim drooſum.
	Acc.	Þaa droos.	Acc.	Þær drooſer.
	Voc.	Þu droos.	Voc.	Þier drooſer.
	Abl.	Af Þeirre dros.	Abl.	Af Þeim drooſum.

Sic declinantur Gaas, *anſer*: kraas, *epulum delicatum*: kruus, *culullus*, vel *fidelia*: nos, *naſus*: raas, *diſcurſitatio*: roos, *roſa*: Þioos, *portio*, vel *ceti*, vel *alterius cadaveris partiti*.

		Singulariter.		*Pluraliter.*
XIII. in t.	Nom.	Su Ambaatt.	Nom.	Þær Ambaatter.
	Gen.	Þeirrar ambaattar.	Gen.	Þeirra ambaatta.
	Dat.	Þeirre ambaatt.	Dat.	Þeim ambattum.
	Acc.	Þaa ambaat.	Acc.	Þær ambaatter.
	Voc.	Þu ambaatt.	Voc.	Þier ambaatter.
	Abl.	Af Þeirre ambaat.	Abl.	Af Þeim ambattum.

Sic declinantur Aaſt, *amor*: braut, *via*: droott, *populus*: magt, *potentia*: naudþurfft, *neceſſitas*: riſt, *crater*: ſoott, *morbus*: ſuoor, *mulier*: ſueit, *populus*, item *provincia*: ætt, *ſtemma*.

		Singulariter.		*Pluraliter.*
XIV. in u.	Nom.	Su Truu.	Nom.	Þær Truur.
	Gen.	Þeirrar truar.	Gen.	Þeirra truua.
	Dat.	Þeirre truu.	Dat.	Þeirre truu.
	Acc.	Þaa truu.	Acc.	Þaa truu.
	Voc.	Þu truu.	Voc.	Þier truur.
	Abl.	Af Þeirre truu.	Abl.	Af Þeim truum.

Sic declinantur Bruu, *pons*: fruu, *matrona*.

		Singulariter.		*Pluraliter.*
XV. in y.	Nom.	Su Mey.	Nom.	Þær meyar.
	Gen.	Þeirrar meyar.	Gen.	Þeirra meyia.
	Dat.	Þeirre mey.	Dat.	Þeim meyium.
	Acc.	Þaa mey.	Acc.	Þær meyiar.
	Voc.	Þu mey.	Voc.	Þier meyiar.
	Abl.	Af Þeirre mey.	Abl.	Af Þeim meyium.

Para-

Paradigma monoſyllaborum in a.

Singulariter.		*Pluraliter.*	
Nom.	Su Aa.	Nom.	Þær Aar.
Gen.	Þeirrar aa.	Gen.	ſimplici caret.
Dat.	Þeirre aa.	Dat.	Þeim aam.
Acc.	Þaa aa.	Acc.	Þær aar.
Voc.	Þu aa.	Voc.	Þier aar.
Abl.	Af Þeirre aa.	Abl.	Af Þeim aam.

Sic declinantur Giaa, *hiatus terræ*: flaa, *mephytis*: raa, *antenna*, item *locus hypocauſti telæ textoriæ deſtinatus.*

Obſervationes in Secundam Declinationem.

I. Quoties ø breviſſ. in ultima Nom. Sing. occurrerit, mutatur in Genit. Sing. & Nom. Gen. Ac. & Vocat. Plur. N. in a breve, id quod è Parad. hujus Declin. III. liquidum evadit: nom. Sing. Tøff, g. tafar. nom. plur. Taffer, g. tafa, ac. taffer & v. tafer. Sic Ønd, *anima*, andar in g. Sing. & ander in nom. Pl. Excipe ør, *telum*, quæ ø in omnibus utriuſque num. Caſib. retinet. Sed de hac vocula vide plura Obſervatione VII. Fiødur, *calamus*, præter hanc mutationem ø penultimi in a, etiam r anteponit terminationibus, ar, ér, á, & um, ut g. Sing. fiadrar non fiadar, (habet etiam invariatè fiødur) nom. Plur. fiadrer, g. fiadra, d. fiødrum, *&c.*

II. Quoties Dyphthongus au præcedit terminationem ng, mutatur in aa longum in gen. tam Sing. quàm Plur. ut, Staung, *haſta*, gen. S. ſtaangan, gen. Pl. ſtaanga. Spaung, *lamina*, ſpaangar, ſpaanga. Taung, *forceps*, taangar, taanga. Eadem in nom. acc. & voc. Plur. mutatur vel in aa nt ſpaanger, vel in ei ut ſpeingur, teingur, ſteingar. Utrumque enim in uſu eſt. Vide de his plura Obſervat. VIII.

III. E ante l mutatur in genit. Sing. & nom. gen. & voc. Plur. in a breve, ut, Þiel, *lima*, Þialar: Þialer, Þiala, Þialer.

IV. Oo longum ante k, t, tranſit in diphthongum æ in nom. acc. voc. Plur. ut, Book, *liber*, bækur. Brook, *bracca*, brækur. Root, *radix*, rætur. Noot, *rete*, nætur. His adde glood, *favilla*, glædur. Item Mooder, *mater*, & Dootter, *filia*, quæ dyphthongum æ etiam in genit. Pl. retinent, Mædra, Dætra. Excipe deſinentia in *geminum* t, ut, ſoott, *morbus*, droott, *populus*, in quibus oo invariatum in omnibus utriuſque numeri tam rectis quàm obliquis manet. Idem eandem in fine, nulla ſequente conſona, mutationem ibidem ſuſtinet, ut, floo, *pulex*, flær. kloo, *unguis*, klær. Excipe kroo, *taberna cereviſiaria*, & ſtoo, *focus*, quæ nom. acc. voc. Pl. formant adjiciendo ad oo finale nominativi ſingularis r: ut, Kroor, ſtoor. Id quod etiam monoſyllabis in aa longum ſolemne eſt, ut, flaa, *mephytis*, flaar. giaa, *hiatus terræ*, giaar. raa, *locus*, vel *angulus hypocauſti telæ textoriæ deſtinatus*, raar. loo, *floccus*, & roo, *quies*, carent Plurali Num.

V. Tria hæc: Ønd, *anas*, ørn, *aquila*, & hønd, *manus*, mutant ø in e in nom. acc. & voc. Plur. ut Endur, ernur, hendur, quanquam etiam høndur in uſu eſt. In reliquis primæ obſervationis ductum ſequuntur. Ørn antiquis maſculini generis habebatur.

VI. Deſinentia in an breve, terminationem un b. etiam admittunt, & vice verſâ, ut, Andvarpan, vel andvørpun, *ſuſpirium*, (ubi nota quoque mutationem à penult. in ø) bodan, *nuncius*, vel bødun. predikan vel predikun, *concio*. ſaurgan vel ſaurgun, *inquinatio* ylfran vel ylfrun, *ejulatio*. vingan vel vingun, *amicitia, favor.* skiemtan vel skemtun, *oblectamentum*. A priore terminatione, an, formantur nom. gen. acc. & voc. Plur. ut, Andvarpaner, andvarpana, andvarpaner, andvarpaner. A poſteriore un, dativus & abl. Plur. ut andvørpunum. Ab utraque omnes obliqui ſingulares, ut gen. andvarpanar vel andvørpunar, dat. andvarpan vel andvørpun, acc. voc. abl. idem. Genitivus tamen Singularis elegantius in unar finitur.

VII. Finita in ing, ung, & y formant nom. acc. & voc. Plur. in ar, breve, ut freiſting, *tentatio*, freiſtingar; hørmung, *ærumna*, hørmungar: Mey, *Virgo*, Meyar. His adde reim, *ligula*, reimar: naal, *acus*, naalar: dol, *funiculus coreaceus*, dolar: aar, *remus*, aarar. Egg, *acies*, dregg, *fex*, naudſyn, *neceſſitas*, præterquam quod eoſdem tres caſus in ar faciunt, etiam i anteponunt terminationibus ar, a, & um, ut genit. Sing. & nom. acc. & voc. Plur. Eggiar, gen. Pl. eggia, dat. & ab. Pl. eggium. Sic dreggiar, dreggia, dreggium: Naudſiniar, naudſinia, naudſinium. Ør, *jaculum*, ibidem v ponit Ørvar, ørva. Lifur, *jecur*, heic r interſerit, lifrar, lifra, lifrum. Sic Mædra, mædrum: Dætra, dætrium: Syſtra, ſyſtrum, à nom. Sing. Mooder, Dotter, Syſter. De quarum vocum gen. S. ut & nom Pl. vide Obſ. ſeq. ad num. 4.

Sequentia formant Nom. Acc. Voc. Plurales in ur:

VIII. 1. Quæ dyphthongos æ & au ante terminationem ng habent, ut Sæng, *lectus*, ſængur: ſtaung, ſteingur: ſpaung, ſpeingur: taung, teingur.

2. Habentia oo longum antè finales nd, k, & t, ut, hønd, høndur, vel hendur: ønd, *anas*, endur: kind, *creatura*, kindur: book, bækur: brook, *bracca*, brækur: root, rætur: not, nætur. Noott,

*D *nox,*

nox, habet in genit. Sing. nætur, vel naattar: dat. noott vel noottu, vel naatt: acc. noott, voc. noott, abl. noott, noottu, vel naatt. Nom. Pl. nætur, gen. naatta, dat. noottum, acc. nætur, voc. nætur, abl. noottum. Noot, *rete*, habet nom. acc. & voc. Plur. communes cum noott: aliàs regulariter formatur. Ab hac Regula iterum excipiuntur in t *geminum* terminata, ut, Drott, ſoott, iproott, quæ analogiam ſequuntur.

3. Quæ Dyphthongum ei vel ii longum habent ante k, finale, ut Eik, *arbor*, eikur: ſteik, *aſſum*, ſteikur: Bryk, *ſponda*, brykur: tyk, *canicula*, tykur: byk, *ſinus terræ*, bykur: flyk, *lacera veſtis*, flykur. His adde Geir, *capra*, ſeitur.

4. Cognationis Vocabula: Mooder, Dootter, Syſter: Mædur, Dætur, Syſtur. Et hæc gen. Sing. etiam in ur anomalâs faciunt, Doottur, Moodur, Syſtur. Id quod etiam in Mioolk, *lac*, mioolkur in gen. Sing. uſus approbavit. Sed hæc vox uti apud Latinos, ita *Iſlandos* caret Plurali numero.

IX. Anomala ſunt: ær, *agna*: kyr, *vacca*, quæ ſic declinantur: nom. ær, gen. ærennar vel aannar, quod utrumque compoſitionem ſapit. Cæteros caſus Sing. à vocula *aa amnis* mutuatur, ut dat. acc. & abl. aa. nom. & acc. Pl. ær, gen. aanna, dat. & abl. aam, itidem compoſitè. Sic Kyr, gen. kuar, dat. acc. & abl. kuu. Nom. acc. & voc. Plur. kyr, gen. kuua, dat. & abl. kuum.

X. Monoſyllaba in u nom. ac. & voc. Plur. formant adjiciendo ad terminationem nom. Sing. r. Fruu, *matrona*, facit Fruur: bruu, *pons*, bruur: truu, *fides*, truur.

XI. Muus, *mus*, & Lus, *pediculus*, nom. acc. & voc. Plur. formant in ys, Mys, Lys. Brun, *palpebra*, ibidem facit bryr. Reliqua quæ his Obſervationibus non comprehenduntur, præmiſſorum Paradigmatum amuſſim ſequuntur.

Tertia Declinatio Simplex

Eſt Nominum Maſculinorum & Neutrorum in d, l, n, r, ſ, x, & Neutrorum ſaltem in b, e, f, g, i, k, m, o, p, t, u finitorum. Hujus Genitivus Singularis regulariter terminatur in ſ, ut, Sa GUD, *DEUS*, Guds: Þad blad, *folium*, blads: ſa Fugl, *avis*, fugls: Þad hiol, *rota*, hiols: ſa hraffn, *corvus*, hraffns: Þad bein, *os*, beins: ſa heſtur, *equus*, heſts: Þad haar, *crinis*, haars: ſa bas, *ſtabulum boum*, bâß: Þad glas, *vitrum*, glaß: ſa lax, *ſalmo*, laxs: Þad fax, *juba*, faxs. Sic Þad lamb, *agnus*, lambs: ſæde, *ſemen*, ſædis: haff, *pelagus*, haffs: trog, *linter*, trogs: hey, *fænum*, heys: bak, *tergum*, baks: kaam, *macula*, kaams: hroo, *lacera res*. hroos: skip, *navis*, skips: ſpiot, *haſta*, ſpiotß: bu, *res familiaris*, buß.

Paradigmata Tertiæ Declinationis.

		Singulariter.		*Pluraliter.*
I. in d *Maſculinum.*	Nom.	Sa Gud.	Nom.	Þeir Guder.
	Gen.	Þeß Guds.	Gen.	Þeirra Guda.
	Dat.	Þeim Gude.	Dat.	Þeim Gudum.
	Acc.	Þann Gud.	Acc.	Þaa Gude.
	Voc.	Þu Gud.	Voc.	Þier Guder.
	Abl.	Af Þeim Gude.	Abl.	Af Þeim Gudum.
II. in d *Neutrum.*	Nom.	Þad Blad.	Nom.	Þaug Blød.
	Gen.	Þeß blads.	Gen.	Þeirra blada.
	Dat.	Þui blade.	Dat.	Þeim blødum.
	Acc.	Þad blad.	Acc.	Þaug blød.
	Voc.	Þu blad.	Voc.	Þier blød.
	Abl.	Af Þui blade.	Abl.	Af Þeim blødum.

Ad hunć fermè modum declinantur reliqua Neutra in d.

Bäd	*Balneum.*	halld	*manubrium.*	Skaalld	*Poeta.*
band	*ligamen.*	hlad	*platea.*	ſpad	*opſonium.*
bard	*extremitas rei.*	hliood	*vox, ſonus.*	ſpialld	*tabula.*
blood	*ſanguis.*	hoffud	*caput.*	ſprund	*fæmina.*
bød	*nuncius.*	Jood	*fætus.*	ſod	*jus culinare.*
bragd	*deceptio.*	Keralld	*vas.*	ſtood	*Equi admiſſarii, & equæ quæ ad faciendum genus aluntur.*
braud	*panis.*	Land	*terra.*		
Flagd	*monſtrum.*	laad	*ſolum.*		
fliood	*mulier*, Poët.	lood	*glans.*		
flood	*Aquarum inundatio, acceſſus maris.*	Mord	*cædes clandeſtina.*	ſtryd	*bellum.*
		Nyd	*Rejectanea, contumelia.*	ſverd	*enſis.*
Graad	*maculæ.*			Tad	*Excrementum aridum.*
Haad	*irriſio.*	Ord	*verbum.*		
hafalld	*filum groſſum.*	Rod	*cuticula piſcium.*	Vad	*vadum.*

Singu-

		Singulariter.		*Pluraliter.*
III. in l *Mascul.*	Nom.	Sa Fugl.	Nom.	Þeir Fuglar.
	Gen.	Þeß fugls.	Gen.	Þeirra fugla.
	Dat.	Þeim fugle.	Dat.	Þeim fuglum.
	Acc.	Þann fugl.	Acc.	Þaa fugla.
	Voc.	Þu fugl.	Voc.	Þier fuglar.
	Abl.	Af Þeim fugle.	Abl.	Af Þeim fuglum.

Sic declinantur afl, *fornaas*: gabl, *terminus*: jaxl, *dens molaris*: vagl, *trabs*, &c.

		Singulariter.		*Pluraliter.*
IV. in l *Neutrum.*	Nom.	Þad Hiool.	Nom.	Þaug hiool.
	Gen.	Þeß hiols.	Gen.	Þeirra hioola.
	Dat.	Þui hioole.	Dat.	Þeim hioolum.
	Acc.	Þad hiool.	Acc.	Þaug hiool.
	Voc.	Þu hiool.	Voc.	Þier hiool.
	Abl.	Af Þui hioole.	Abl.	Af Þeim hioolum.

Sic declinantur:

Baal	*Incendium.*	gil	*hiatus montium.*	skrimsl	*monstrum.*
beisl	*frænum.*	gool	*ululatus.*	sel	*mappalia.*
briaal	*affectatio.*	Hagl	*grando.*	svingl	*vertigo.*
brixl	*exprobratio.*	hel	*lethum.*	spil	*lusus.*
Drægsl	*novitia.*	Jel	*nimbus.*	Tagl	*cauda equina.*
Fall.	*casus.*	Kall	*vocatio, clamor.*	taal	*deceptio.*
fiall	*mons.*	kol	*carbo.*	troll	*gigas.*
fifl	*demens.*	Miøl	*far.*	tungl	*luna.*
fool	*iracundus.*	maal	*sermo, loquela.*	Viel	*cauda avis.*
fell	*acclivitas.*	Øl	*cerevisia.*	Þil	*sponsa.*
Gall	*fel.*	Ragl	*lentum iter.*	Þol	*patientia, tolerantia.*
gagl	*mulier nauci & nihili.*	Skil	*distinctio, cognitio.*		

		Singulariter.		*Pluraliter.*
V. in n *Mascul.*	Nom.	Sa Hrafn.	Nom.	Þeir Hrafnar.
	Gen.	Þeß hrafns.	Gen.	Þeirra hrafna.
	Dat.	Þeim hrafne.	Dat.	Þeim hrøfnum.
	Acc.	Þann hrafn.	Acc.	Þaa hrafna.
	Voc.	Þu hrafn.	Voc.	Þier hrafnar.
	Abl.	Af Þeim hrafne.	Abl.	Af Þeim hrøfnum.

Sic declinantur:

Aan	*Defectus.*	Offn	*fornax.*	Teirn	*lamina.*
Daun	*odor.*	Sveinn	*puer, minister.*	turn	*turris.*
daan	*servus.*	steirn	*lapis.*	Vagn	*currus.*
Rompaan	*sodalis.*	sveffn	*somnus.*	Þorn	*fibula.*
		stafn	*prora*, vel *puppis.*		

		Singulariter.		*Pluraliter.*
VI. in n *Neutrum.*	Nom.	Þad Bein.	Nom.	Þaug Bein.
	Gen.	Þeß beins.	Gen.	Þeirra beina.
	Dat.	Þui beine.	Dat.	Þeim beinum.
	Acc.	Þad bein.	Acc.	Þaug bein.
	Voc.	Þu bein.	Voc.	Þier bein.
	Abl.	Af Þui beine.	Abl.	Af Þeim beinum.

Sic declinantur:

Aakarn	*Acus --ris.*	Kaun	*ulcus*	Raan	*spolium.*
Bann	*damnum, excommunicatio.*	korn	*fruges.*	ragn	*maledicentia.*
barn	*infans puer,* l *puella.*	kotun	*gossypium.*	regn	*pluvia.*
Fen.	*puteus.*	Laan	*mutuum, fortuna.*	Safn	*collectio.*
Gagn	*utilitas.*	laatun	*æs.*	skinn	*pellis.*
Horn.	*cornu, angulus.*	loon	*stagnum.*	skryn	*scrinium.*
Jaarn	*ferrum.*	Magn	*vires, robur.*	Talfn	*branchiæ cetorum.*
		Nafn	*nomen.*	Vopn	*arma.*

		Singulariter.		*Pluraliter.*
VII. in r *Maſcul.*	Nom.	Sa Heſtur.	Nom.	Þeir Heſtar.
	Gen.	Þeß heſts.	Gen.	Þeirra heſta.
	Dat.	Þeim heſte.	Dat.	Þeim heſtum.
	Acc.	Þann heſt.	Acc.	Þaa heſta.
	Voc.	Þu heſtur.	Voc.	Þier heſtar.
	Abl.	Af Þeim heſte.	Abl.	Af Þeim heſtum.

Sic declinantur:

Arngeir	*Lancea.*
askur	*vaſculum.*
arffur	*hæreditas.*
attungur	*Species menſuræ.*
Bæklingur	*libellus.*
brandur	*titio*, item *gladius*, Poët.
baukur.	*lagena.*
Dagur	*dies.*
dalur	*vallis.*
domur	*judicium.*
duergur	*pumilio, nanus.*
draugur	*ſpectrum.*
dreingur	*famulus.*
draumur	*ſomnium.*
dinckur	*fragor.*
Elldur	*ignis.*
Fiskur	*piſcis.*
floor	*cloaca.*
fauskur	*lignum aridum.*
fontur	*baptiſterium.*
fiordungur	*quadrans*, vel *quarta pars.*
faakur	*equus* Poët.
fœrleikur	*jumentum.*
froodleikur	*eruditio.*
fleigur	*cuneus.*
Gridungur	*taurus.*
gomur	*palatum.*
gripur	*armentum.*
gieſtur	*hoſpes.*
glerungur	*ſolum glacie rigens.*
glæpur	*ſcelus.*
gickur	*ſcurra.*
gardur	*agger.*

glopur	*ſtultus.*
gammur	*draco.*
gaddur	*clavus ingens.*
Halmur	*paleæ.*
hattur	*pileus.*
hagur	*conditio.*
hvalur	*balæna, cetus.*
hundur	*canis.*
hamur	*exuviæ.*
hrutur	*aries.*
hvolpur	*parvulus canis.*
hnyffur	*culter.*
hialmur	*galea.*
haaleiſtur	*ſoccus.*
hoffrungur	*delphinus.*
hriggur	*dorſum.*
haugur	*tumulus.*
hooffur	*ungula equina.*
Jalkur	*quod groſſum eſt.*
Kuedlingur	*rythmus.*
kalffur	*vitulus*, vel *vitula.*
kambur	*pecten.*
klettur	*rupes, cautes.*
kaleikur	*calix.*
koppur	*matula.*
kongur	*rex.*
kroppur	*corpus.*
kidlingur	*hædus.*
kolffur	*crotalus.*
kiafftur	*os*, de beſtiis dicitur.
kueikur	*lychamus.*
Latungur	*homo ſuperbiens.*
laupur	*ſcrinium, quo lanifices lanam ſervant.*
leikur	*ludus.*

liuflingur	*dæmon ſubterraneus mitis.*
Maagur	*affinis.*
muunur	*os, ris.*
madkur	*vermis.*
Nyflungur	*rex* Poët.
nidur	*ſuſurrus.*
Oddur	*mucro.*
Pilltur	*puer.*
pittur	*puteus.*
preſtur	*paſtor.*
peningur	*pecunia.*
punctur	*punctum.*
pſalmur	*pſalmus.*
Riffur	*lignum tranſverſum, cui telam textores appendunt.*
roſtungur	*aper marinus.*
reffur	*vulpes.*
reidingur	*ephippium, dorſuale.*
reikur	*fumus.*
reikaffur	*fornax.*
reikningur	*rationes.*
reitur	*ſpatium ſoli.*
rafftur.	*lupus, furioſus.*
Strypur	*nudus homo.*
skutur	*puppis.*
ſilungur	*trutta.*
slopper	*album.*
ſtormur	*tempeſtas.*
Tarffur	*taurus.*
titlingur	*avicula.*
Vargur	*furioſus.*
Ulffur	*lupus.*
Þioffur	*fur.*
Þroſkulldur	*limen*, &c.

Quibus tamen ſi qua ineſt varietas, obſervationibus monebitur.

		Singulariter.		*Pluraliter.*
VIII. in r *Neutrum.*	Nom.	Þad Haar.	Nom.	Þaug Haar.
	Gen.	Þeß haars.	Gen.	Þeirra haara.
	Dat.	Þui haare.	Dat.	Þeim haarum.
	Acc.	Þad haar.	Acc.	Þoug haar.
	Voc.	Þu haar.	Voc.	Þaug haar.
	Abl.	Af Þui haare.	Abl.	Af Þeim haarum.

Sic declinantur:

Aar	*Annus.*
Bor	*bacca.*
bur	*promptuarium.*
Dyr	*animal brutum.*
Faar	*periculum, inſania.*
far	*itio*, item *navis* Poët.
flauſtur	*navis* Poët.

Gler	*vitrum.*
Haar	*crinis.*
hreidur	*nidus.*
Ilffur	*ejulatio.*
Kier.	*vas.*
kuer	*libellus.*
Lær	*femur.*
ledur	*corium.*

Nolldur	*murmur.*
Par	*par.*
Skier	*ſcopulus.*
ſpor	*veſtigium.*
ſumar	*æſtus.*
Vor	*ver.*
Þor	*audacia.*

Singu-

		Singulariter.		*Pluraliter.*
IX. in s Mascul.	Nom.	Saa Baas.	Nom.	Þeir Baasar.
	Gen.	Þeß baaß.	Gen.	Þeirra baasar.
	Dat.	Þeim baas.	Dat.	Þeim baasum.
	Acc.	Þann baaß.	Acc.	Þaa baasa.
	Voc.	Þu baas.	Voc.	Þier baasar.
	Abl.	Af Þeim baas.	Abl.	Af Þeim baasum.

Sic declinantur:

Aas	*Lignum oblongum.*	Haus	*caput.*	Meis	*instrumentum ligneum quo fænum portatur.*
Dans	*choreæ.*	hnaus	*cespes.*	Os	*ostium fluviorum.*
daus	*clunis.*	hals	*collum.*	Raß	*culus.*
Fans	*impedimenta.*	Krans	*corolla.*	Js	*glacies.*
foß	*cataracta.*	koß	*osculum.*	Þuß	*gigas.*
Grys	*sucula.*	kroß	*crux.*		
Glans	*splendor.*	Laas	*sera.*		

		Singulariter.		*Pluraliter.*
X. in s Neutrum.	Nom.	Þad Glas.	Nom.	Þaug Glas.
	Gen.	Þeß glaß.	Gen.	Þeirra glasa.
	Dat.	Þui glase.	Dat.	Þeim glosum.
	Acc.	Þad glas.	Acc.	Þaug glos.
	Voc.	Þu glas.	Voc.	Þier glos.
	Abl.	Af Þui glase.	Abl.	Af Þeim glosum.

Sic declinantur:

Eß	*Veredus* Poët.	flis	*cachinnatio.*	Lioos	*lux.*
Fios	*bovile.*	Glis	*levis.*	Pills	*vestis muliebris.*
flangs	*insultatio.*	gras	*gramen.*	Skaß	*mulier impudica.*
flas	*præcipitatio.*	Huus	*domus.*	Vos	*pustula.*

		Singulariter.		*Pluraliter.*
XI. in x Mascul.	Nom.	Sa Lax.	Nom.	Þeir Laxar.
	Gen.	Þeß laxs.	Gen.	Þeirra laxa.
	Dat.	Þeim laxe.	Dat.	Þeim loxum.
	Acc.	Þann lax.	Acc.	Þaa laxa.
	Voc.	Þu lax.	Voc.	Þier laxar.
	Abl.	Af Þeim laxe.	Abl.	Af theim loxum.

XII. in x Neutrum.	Nom.	Þad Fax.	Nom.	Þaug Fox.
	Gen.	Þeß faxs.	Gen.	Þeirra faxa.
	Dat.	Þui faxe.	Dat.	Þeim foxum.
	Acc.	Þad fax.	Acc.	Þaug fox.
	Voc.	Þu fax.	Voc.	Þier fox.
	Abl.	Af Þui faxe.	Abl.	Af Þeim foxum.

Sic declinantur: Fox, *vulpes*: Vax, *cera*, &c.

		Singulariter.		*Pluraliter.*
XIII. in b Neutr.	Nom.	Þad Lamb.	Nom.	Þaug Lomb.
	Gen.	Þeß lambs.	Gen.	Þeirra lamba.
	Dat.	Þui lambe.	Dat.	Þeim lombum.
	Acc.	Þad lamb.	Acc.	Þaug lomb.
	Voc.	Þu lamb.	Voc.	Þier lomb.
	Abl.	Af Þui lambe.	Abl.	Af Þeim lombum.

Sic declinantur: Srabb, *nugæ*: dramb, *superbia*: Kvabb, *frequens & tædiosa petitio*: Rabb, *nugamentum*: Þamb, *tentigo*, &c.

		Singulariter.		*Pluraliter.*
XIV. in e Neutrum.	Nom.	Þad Sæde.	Nom.	Þaug Sæde.
	Gen.	Þeß sædis.	Gen.	Þeirra sæda.
	Dat.	Þui sæde.	Dat.	Þeim sædum.
	Acc.	Þad sæde.	Acc.	Þaug sæde.
	Voc.	Þu sæde.	Voc.	Þier sæde.
	Abl.	Af Þui sæde.	Abl.	Af Þeim sædum.

Sic declinantur:

æde	*Mus.*
Bæle	*lectus, recubatio.*
bræde	*furor.*
brine	*cos.*
Dæle	*vallis.*
Efne	*materia.*
eple	*pomum.*
enne	*frons.* [*ſus.*
erende	*negotium,* item *ver-*
einge	*pratum.*
Fæde	*pabulum.*
fære	*funis.*
fræde	*informatio.*
Gillde	*convivium, pretium.*
Hneppe	*quantum brachiorum amplexu includi poteſt.*
Innſigle	*ſigillum.*
Keyre	*lorum.*
klæde	*veſtis.*
knie	*genu.*
kuæde	*cantilena.*
Liene	*lamina.*
Mitte	*medium hominis.*
milltte	*ſplen.*
merke	*ſignum.*
Niſte	*ornatus muliebris.*
Rikte	*fama.*
ræſe	*cunicula,* ſeu *incile.*
Sæte	*ſedes.*
ſpie	*ludibrium.*
ſnære	*reſtis.*
skiæde	*materia calcei.*
ſinne	*affectus.*
Trie	*lignum.*
trine	*roſtrum.*
trippe	*equula.*
Vie	*ſacramentum, juſtitium.*

Hann Giordiſt Vargur i Vie-Om/ Kialneſinga Saga/ *Violavit,* ſeu *exuit ſacramentum.*

vielinde	*gula.*
vige	*munimentum.*
veske	*ſcrinium, pixis.*
virke	*vallum.*
vellde	*potentia.*
Þiſe.	*furtum.*
Þuætte	*lotio.*

		Singulariter.		*Pluraliter.*
XV. in f *Neutrum.*	Nom.	Þad Haf.	Nom.	Þaug Hof.
	Gen.	Þeß hafs.	Gen.	Þeirra hafa.
	Dat.	Þui hafe.	Dat.	Þeim hofum.
	Acc.	Þad haf.	Acc.	Þaug hof.
	Voc.	Þu haf.	Voc.	Þier hof.
	Abl.	Af Þui hafe.	Abl.	Af Þeim hofum.

Sic declinantur:

Bref	*Literæ.*
Ef	*dubium.*
Golf	*pavimentum.*
Hvolff	*lacunar.*
Kif	*contentio.*
klof	*corpus.*
klof	*femorum intercapedo.*
Laf	*ora veſtis.*
lof	*laus.*
Nef	*naſus.*
Rif	*coſta.*
Skref	*paſſus.*
skrof	*glacies rara & tenuis.*
ſtef	*verſus intercalaris.*
Vif	*fœmina.*
vaf	*involutio.*
Þoff	*condenſatio.*
Þrif.	*nutritio.*

		Singulariter.		*Pluraliter.*
XVI. in g *Neutrum.*	Nom.	Þad Trog.	Nom.	Þaug Trog.
	Gen.	Þeß trogs.	Gen.	Þeirra troga.
	Dat.	Þui troge.	Dat.	Þeim trogum.
	Acc.	Þad trog.	Acc.	Þaug trog.
	Voc.	Þu trog.	Voc.	Þier trog.
	Abl.	Af Þui troge.	Abl.	Af Þeim trogum.

Sic declinantur.

Biarg	*ſaxum.*
berg	*idem.*
Egg	*ovum.*
Faang	*ſinus.*
farg	*preßura.*
flagg	*vexillum navium.*
Grugg	*fex.*
Hregg	*imber.*
Lag	*modus, tonus.*
leg	*cubatio.*
Nagg	*rixa.*
Plagg	*ſupellex.*
Sigg	*callus.*
Vyg	*cædes.*
Þang	*alga.*

Þing *forum, res.*

		Singulariter.		*Pluraliter.*
XVII. in y *Neut.*	Nom.	Þad Hey.	Nom.	Þaug Hey.
	Gen.	Þeß heys.	Gen.	Þeirra heya.
	Dat.	Þui heye.	Dat.	Þeim heyum.
	Acc.	Þad hey.	Acc.	Þaug hey.
	Voc.	Þu hey.	Voc.	Þier hey.
	Abl.	Af Þui heye.	Abl.	Af Þeim heyum.

Sic declinantur: By, *apis*; bly, *plumbum*: Dy, *puteus*: Grey, *canis*: My, *muſcæ*: Ny, *novilunium*: Sly, *ſtuppa*: sky, *nubes*: Þy, *mancipium*: Hræi, *cadaver*, &c.

Singu-

		Singulariter.		*Pluraliter.*
XVIII. in k *Neut.*	Nom.	Þad Bak.	Nom.	Þaug Bøk.
	Gen.	Þeß baks.	Gen.	Þeirra baka.
	Dat.	Þui bake.	Dat.	Þeim bøkum.
	Acc.	Þad bak.	Acc.	Þaug bøk.
	Voc.	Þu bak.	Voc.	Þier bøk.
	Abl.	Af Þui bake.	Abl.	Af Þeim bøkum.

Sic declinantur:

Bik	*pix.*	Løk	*operculum.*	suack	*tumultus, susurrus.*
Sik	*cursus.*	lyk	*funus.*	suck	*lucta.*
Fiuk	*tempestas nivosa.*	Mak	*maceratio, tranquillitas.*	slok	*beluatio.*
folk	*populus.*		Inde Omak *molestia.*	Tak	*ictis.*
Hak	*uncinnus.*	mauk	*mixtio.*	tack	*clamor opilionum.*
hnauk	*labor.*	Ok	*jugum.*		Inde ad tacka *clamoribus gregem pellere.*
hrak	*res contemta.*	Rak	*ellychnium.*	Verk	*opus.*
hvik	*inconstantia.*	rik	*pulvis.*	vik	*sinus.*
Juck	*jus.*	Sparlak	*aulæum.*	Þak	*tectum.*
Kuak	*garritus.*				

		Singulariter.		*Pluraliter.*
XIX. in m *Neut.*	Nom.	Þad Kaam.	Nom.	Þaug Kaam.
	Gen.	Þeß kaams.	Gen.	Þeirra kaama.
	Dat.	Þui kaame.	Dat.	Þeim kaamum.
	Acc.	Þad kam.	Acc.	Þaug kaam.
	Voc.	Þu kaam.	Voc.	Þier kaam.
	Abl.	Af Þui kaame.	Abl.	Af Þeim kaamum.

Sic declinantur: Fum, *festinatio*: Hrym, *pruina, ærugo*: Prym, *novilunium*: Klaam, *obscænus sermo*: Rym, *calendarium*: rum, *lectus*: Skrum, *jactantia*: skuum, *spuma*: stam, *balbuties*, &c.

		Singulariter.		*Pluraliter.*
XX. in o *Neutrum.*	Nom.	Þad Hroo.	Nom.	Þaug Hroo.
	Gen.	Þeß hroos.	Gen.	Þeirre hrooa.
	Dat.	Þui hrooe.	Dat.	Þeim hrooum.
	Acc.	Þad hroo.	Acc.	Þaug hroo.
	Voc.	Þu hroo.	Voc.	Þier hroo.
	Abl.	Af Þui hrooe.	Abl.	Af Þeim hrooum.

Sic declinatur Þioo, *femur*, &c.

		Singulariter.		*Pluraliter.*
XXI. *in* p *Neut.*	Nom.	Þad Skip.	Nom.	Þaug Skip.
	Gen.	Þeß skips.	Gen.	Þeirra skipa.
	Dat.	Þui skipe.	Dat.	Þeim skipum.
	Acc.	Þad skip.	Acc.	Þaug skip.
	Voc.	Þu skip.	Voc.	Þier skip.
	Abl.	Af Þui skipe.	Abl.	Af Þeim skipum.

Sic declinantur:

Draap	*Nex.*	hroop	*clamor, probrum.*	Saup	*sorbillum.*
Geip	*jactatio, exaggeratio.*	Krap	*ejulatio.*	staup	*poculum.*
grip	*rapina.*	Oop	*aqua nive mixta.*	sørp	*quisquiliæ.*
Hrip	*dolium.* [*lum.*	Reip	*restis.*	Varp.	*ora calcei, pullatio.*
hlaup	*cursus, saltus, coagu-*	raup	*jactantia.*	Þrep.	*pars parietis prominens.*

		Singulariter.		*Pluraliter.*
XXII. *in* t *Neut.*	Nom.	Þad Spioot.	Nom.	Þaug Spiøt.
	Gen.	Þeß spioots.	Gen.	Þeirra spioota.
	Dat.	Þui spioote.	Dat.	Þeim spiootum.
	Acc.	Þad spioot.	Acc.	Þaug spioot.
	Voc.	Þu spioot.	Voc.	Þier spioot.
	Abl.	Af Þui spoote.	Abl.	Af Þeim spiootum.

Sic declinantur:

Aat	*Esus, comestio.*	Kast	*jactus*, item *vestis muliebris.*	rollt	*vagatio.*
andlit } auglit	*vultus, facies.*			rost	*cerevisia.*
		kiot	*caro.*	Slot	*arx.*
aflaat	*indulgentiæ.*	kot	*thorax, prædiolum.*	spott	*ludibrium.*
Bit	*morsus.*	Last	*vituperatio.*	skafft	*manubrium, scapus.*
brot	*delictum, fractio.*	lierept	*linum.*	skart } skraut	*ornamentum, mundus.*
Drit	*excrementum.*	lofft	*aer, camera.*		
Fat	*vestis, patina.*	laat	*gestus, obitus.*	skaut	*peplum, sinus.*
fet	*pes* mensurâ.	Maat	*exitium, exitus.*	skot	*jaculatio, angulus.*
flet	*lectisternium.*	mallt	*polenta.*		
flot	*liquamen.*	munngaat	*zythus.*		
frost	*gelu.*	Naut	*bos.*	Þrot	*defectus*, item *vocula juris mendicis egenisque aplicari solita, qui proximorum bonis alendi sunt.*
Gat	*foramen.*	naust	*statio navium.*		
Hafft	*compes.*	nollt	*cursitatio.*		
hollt	*salebræ, glabretum.*	Pluut	*supellex.*		
haust	*autumnus.*	Rit	*scriptio, nictatio.*	Vit	*ratio, scientia.*
hret	*aeris in pejus mutatio*	rot	*ictus, putredo.*		

		Singulariter.		*Pluraliter.*
XXIII. *in u Neut.*	Nom.	Þad Buu.	Nom.	Þaug Buu.
	Gen.	Þeß buuß.	Gen.	Þeirra buua.
	Dat.	Þui bue.	Dat.	Þeim buum.
	Acc.	Þad bu.	Acc.	Þaug buu.
	Voc.	Þu buu.	Voc.	Þier buu.
	Abl.	Af Þui bue.	Abl.	Af Þeim buum.

Sid declinantur: Hiuu, *famulitium*: Ruu, *Cæsaries*, &c.

Observationes in Tertium Declinationem.

Inflexio nominum Masculinorum Neutrorumque præsertim in ur exeuntium immane quantas habeat difficultates. Quanquam enim Regula illa generalis de terminatione *Secundi Casus* frequentissimâ in § initio tradita non usque adeo incerta est; tanti tamen tamque perplexi variationum labyrinthi heîc occurrunt, ut quid certò statuendum sit, præceptionum multitudine vix decerni queat. Sunt enim alia, quæ rejecta terminatione Nominativi ur Genitivum formant, additâ ad penult. Syllabam literâ s, ut hestur, *equus*, hests in Gen. heste in dat. *&c.* Alia quæ ad Nominativi terminationem adjiciunt s, nulla rejectâ, quæ in recto casu fuit, literâ, verbi causâ foodur, *pabulum*, foodurs; GVD, *Deus*, GVDS; svar, *responsum*, svars; hus, *domus*, huß; gat, *foramen*, gats, *&c.* Sunt denique haud pauca, quæ in formando secundo Casu ur in ar mutant contra hujus Declinationis Analogiam; adeoque in Naturam Nominum Fœmininorum Secundæ Declinationis degenerare videntur. Quæ res eo minus mira cuiquam accidere debet, quo pluribus perspectum est, ne Latinos quidem hanc ἑτερόκλισιν ignorare. Quippe qui easdem voces nunc ad formam primæ, nunc secundæ, nunc etiam secundæ & tertiæ Declinationis variare vitio sibi haud vertunt. Porro in Plurali hujus Declinationis Nominativo nihilo faciliores dissimilium formationum ac observationum Mæandri sese offerunt. Quædam enim in ar Analogas exeunt, ut hestar: quædam in er, ut guder. Nec desunt quæ terminationem Nominat. Pluralis ur è primâ Declinatione mutuentur, ut, fætur à footur, *pes*. Ut ad stupendas illas variationes in præsenti conniveam, quæ penultimæ syllabæ in hoc Casu haud raro contingunt: Veluti cum ponitur æ pro o, a pro u. Item e & o loco a *&c.* Hasce & hoc genus difficultates, si non in solidum tollere, saltem lectori Linguæ nostræ curioso aperire summa ope nitemur. Quo conatu si non aliud obtinuerimus, certè aliis qualemcunque occasionem elaboratiora in hac materia tentandi edendique præbebimus, qui fracta cortice ad nucleum faciliori negocio penetrare poterunt. Esto igitur de Genitivo Singulari.

Reg. 1. Desinentia in b, d, e, f, g, i, k, m, n, o, p, ar, aar, ær, aur, er, eir, yr, or, oor, & monosyllaba in ur cum compositis, sic in § Simplex, t, & u, Genitivum formant adjecta ad Nominativi terminationem literâ s, ut, Lamb Lambs, haad haads, klæde klædes, haf hafs, hregg hreggs, ny nyß, pak paks, kaam kaams, dun duns, hroo hrooß, skip, skips, far, *ponto*, fars, haar haars, lær lærs, aur aurs, einer, *juniperus*, einers, reir, *arundo*, reirs, pappyr pappyrs, hor hors, foor foorß, skur skuurs, hus huß, fat fats, buu buuß, Hæc autem Regula ut multa continet membra, ita exceptiones admittit plurimas. Nos, quod poterimus, adferemus veniam præfati, si minus voto omne punctum feramus, qui primi fragilem ingenii ratem huic tam vasto turbulentoque oceano committimus.

Exci-

Excipiuntur:

1. Dissyllaba in e, quæ ut duplicem habent Nominativum in e & i breve, ut æde & ædi; Ita duplicem etiam admittunt Genitivum in eß & iß, ædeß & ædiß. Posterior tamen Genitivi terminatio in is frequentior est. Verum Monosyllaba unam tantum terminationem Nom. in e agnoscunt, ac proinde in es solummodo genitivum formant, ut, spie spies, trie tries, hlie hlies. Fie habet fiaar.

2. Liaar, *falx*; naar, *cadaveris pallor*; skiaar, *fenestra*; saar, *vas*, in quibus r finale in genit. Sing. mutatur in s, ut, liaas, naas, skiaas, saas, non saars, ut distinguatur à neutro saar, *vulnus*, quod Regulariter flectitur, saars.

3. Bær, *habitaculum* vel *villa*, quod facit bæjer in Gen. Sing. Estque partim Heteroclitum: Genitivum enim Sing. format more fœmininorum Secundæ Decl. ut jam liquet; partim Anomalum, quia Dativum, Accus. & Ablat. Sing. facit in æ, ut dat. Þeim bæ, acc. Þann bæ, abl. Af Þeim bæ. Blær, *aura*, facit blæs.

4. Fader, *pater*, fodur: broder, *frater*, brodur, quorum peculiaris motio inter Heteroclyta tradetur.

5. Freir, *Deus Ethnicorum*, freis in Gen. non freirs.

6. Byr, *urbs*, byß: snyr, *susurrus*, snyß: Tyr, *Deus Asianorum*, Tyß.

